

MISCELLANÆ RESOLUTIONES PRO CONFESSARIIS,

*Præsertim Regularibus in ordine ad varios
pœnitentes, sed præsertim Regulares.*

*Ubi etiam de Regularium privilegiis quantum
sufficit pro foro pœnitentiali, seu conscienc-
tiæ; ac variæ notitiæ, quæ difficile
apud Auctores inveniuntur.*

*Opus utile Confessariis Regularibus, &c. Sæculari-
bus, præsertim pro confessionibus Religiorum,
~~&c. Monialium;~~ necnon Prælatis Regula-
ribus, &c. Religiose omnibus.*

A U C T O R E
R. D. PETRO BRENCOLA
Canon. Regul. Lateran.



N E A P O L I MDCCXXXIII.
Ex Typographia Felicis Mosca,
Superiorum licentia.

SACROSANCTÆ,
ET INDIVIDUÆ TRINITATI,
CRUCIFIXI D. N. J. C.
HUMANITATI,
BEATISSIMÆ, ET GLORIOSISSIMÆ,
SEMPERQVE VIRGJNIS MARIAE
FOECUNDÆ INTEGRITATI,
ET
OMNJUM SANCTORUM
UNIVERSITATI
D. D. D.

D. Petrus Brencola Canon. Regul. Lateran.

• •

NOS D. ASCANIUS VARESIUS
PATAVINUS

Congregationis Canonicorum Regularium Lateran.
Abbas Generalis.

Quum Opus Morale a P. D. Petro Brencio
la nostræ Congregationis Canonico pro-
fesso elucubratum, quod inscribitur : *Mi-
scellaneæ Resolutiones pro Confessariis, præsertim
Regularibus, &c.* duo ex nostris-Theologis per-
legerint, atque in lucem edi posse censuerint,
quod in eo nil orthodoxæ fidei, aut bonis mori-
bus dissonum repererint, Nos ex munera nostri
auctoritate, quantum ad Nos pertinet, faculta-
tem concedimus, ut servatis omnibus aliis de jure
servandis, Opus præfatum Typis mandetur. In
quorum &c. Dat. Pataviæ Canonica nostra S. Jo:
in Viridario die 22. Maii 1733.

D. ASCANIUS VARESIUS ABB. GEN.

D. Paulus Rinaldi Abbas Secr.

Reg. fol. 8. a' tergo.

EMI-

EMINENTISSIMO SIGNORE.

Felice Mosca Stampatore supplicando espone a V. E. , come desidera stampare un Libro intitolato : *Miscellanea resolutiones pro Confessariis praesertim Regularibus in ordine ad varios paenitentes , sed praesertim Regulares . Obs: variae notitiae , quae difficilè apud Autores inveniuntur . Auctore P. D. Petro Brencola Canonico Regul. Later. Per tanto supplica V. E. commettere la revisione , per ottenere le solite license . E l'avega a grazia , &c.*

R. P. Thomas Pagano revideat , & referat.
Ncap. 21. Januarii 1733.

D. ANTONIUS CAN. CASTELLI VIC. GEN.
D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

EMINENTISSIME PRINCEPS.

Absolutissimum Opus sub titulo : *Miscellanea resolutiones pro Confessariis praesertim Regularibus , ab admod. R. P. D. Petro Brencola Canonico Regulari Lateranensi , accuratè , ac prudenter elaboratum , Te jubens , Princeps Eminentissime diligenter percurri ; & in eo nos modò cuncta Fidei , ac bonis moribus consonantia verum quoque omnia Regularibus , caterisque Christi Fidelibus maximopere etiam apprehendi . Opus ergo præclarum , clarissimo dignum Auctore , ut prælo , ac Eternitati mandetur , dummodo Eminentia. Vostra non displiceat , dignissimum censeo. Neapoli ex Ædibus Congregationis Oratorii. Anno MDCCXXXIII. Nonis Maii.*

Eminentia Vestra

**Humillimus , & obsequientissimus Famulus
Thomas Paganns Congregationis Oratorii.**

Assenta sapradicta relatione Imprimatur. Ncap. 12. Martis 1733.

D. ANTONIUS CAN. CASTELLI VIC. GEN.
D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

EG.

EXCELENTISSIMO SIGNORE.

Felice Mosca pubblico Stampatore supplicando espone a V.E. come desidera dare alle stampe un Libro intitolato: *Miscellaneæ notitiae pro Confessoribus, præsertim regularibus, &c.* autore D. Petro Brencola Canonico Regulari Lateranense; perciò la priega commettere la revisione a chi meglio le parerà, e piacerà, per ottenerne le solite licenze, ut Deus, &c.

Reverendus P. Thomas Paganus videat, & in scriptis referat.

GIOVANE R. PISACANE R. VENTURA R.

CASTELLI R. PEYRI R. PATERNO R.

Provisum per S.E. Neap. die 20. Aprilis 1733.

Murena.

EXCELENTISSIME PRINCEPS.

DUM Librum, cui titulus: *Miscellaneæ resolutiones pro Confessariis præsertim Regularibus*; & cuius Author est Admod. R. P. D. Petrus Brencola Canonicus Regularis Lateranensis, Excellentia Vestra jubente, Princeps Excellentissime, perlegisse; nihilque a Cesarea, vel Regia Jurisdictione devium, imo cuncta ad bonos mores efformandos apta satis compreisset, prælo dignum satis superque judicavi. Ea propter ipsum formis literariis confignari, Reipublicæ commodum censeo. Neapoli ex Ædibus Congregationis Oratorii Nonis Maii Anni MDCCXXXIII.

Excellentiae Vestrae

*Humillimus, & additissimus Famulas.
Thomas Paganus Congregationis Oratorii.*

Vita sapradicta relatione imprimitur; verum in publicatione servetur Reg. Pragm.

ULLOA R. GIOVANE R. PISACANE R.

CASTELLI R. PEYRI R. PATERNO R.

Provisum per S.E. Neap. die 6. Maii 1733.

Murena.

ER-

ERRATA.

fol. 215.n.23. Vide §.6.n.5.

Alia minoris momenti omitto.

 Sed duo nota . Primum; quod doctrinæ , quas ex Salmat. de-
sumpsi , sunt ex variis impressionibus . Quicquid tamen
ex ipsis de sumptum est , fideliter transcripti : unde citatio-
nes de ipsis factis cum una , vel altera impressione concordant.

Alterum ; quod cum intentum operis sit agere de privile-
giis Regularium solum quantum sufficit pro foro pœnitentiali,
seu conscientiæ , quæ in cap. ult. dicta sunt de privilegiis absolu-
vendi , & dispensandi a catus , censuris , irregularitatibus , &
pœnis , dicta volo pro foro conscientiæ , seu pœnitentiali tantum ,
quicquid sit , an valeant pro foro externo , pro quo etiam aliqua
saltet privilegia valere possunt , sit ex tenore privilegiorum , &
ex DD. autoritate patchit.

CORRIGE.

§.7.n.6.

MI



MISCELLANÆ RESOLUTIONES

Pro Confessariis præsertim Regularibus in ordine ad varios Pœnitentes, sed præsertim Regulares.

Ubi etiam de Regularium privilegiis quantum sufficit pro foro pœnitentiali, seu conscientia.

C A P. I.

De apto Confessario pro Regularibus.

I.



Confessarius confessiones Religiosorum audiens, sive sit ejusdem Ordinis, sive alterius, sive etiam sæcularis, debet esse approbatus, seu debet habere licentiam ab illorum Superiore, quia ipse est proprius ipsorum Ordinarius, ad quem spectat suam in eos delegare jurisdictionem. Alias confessio est nulla. Pro quo facit cap. Omnis utriusque sexus de pœnit., & remiss. ultra plura privilegia circa hoc in favorem Religionum. Ex quo fit, quod in nostra Religione nostri Abbates titulares perpetui, & alii Abbates titulares ad tempus, qui exempti sunt a jurisdictione Superioris localis, si velint confessiones Religiosorum audire, debent licentiam habere a Superiore locali.

A

Con-

Confessarius debet credere Religioso dicenti , se habere licentiam a suo Superiore confitendi sibi , vel cui voluerit , quia in hoc foro creditur pœnitenti tam pro se , quam contra se . Et ita in simili de pœnitente afferente , se habere licentiam ut absolvatur a reservatis docet Excobar , & Mancini .

2. Ex dictis sequitur , quod Religiosus unius Monasterii , etiam si sit Confessor approbatus ab Episcopo , non potest audire confessionem alterius Religiosi etiam ejusdem Monasterii , nisi sit approbatus a Superiore hujus Monasterii : quæ approbatio requiritur , & sufficit , itaut sine ipsa confessio sit nulla ; neque requiritur approbatio Episcopi .

3. Religiosus potest confiteri modo uni , modo alteri ex Confessariis a suo Superiori in Monasterio deputatis , quia quilibet ex illis est Confessarius aptus , & Clem. VIII. in decr. de casuum reservatione intendit consulere facilitati , & quieti pœnitentium . Tamb. tom. 2. c. 7. de casib. reserv. quo ad Regulares cum Junip. Quintanadu. , & aliis graviss. DD. Dian. p. 3. tr. 2. ref. 5. cum Molphes. . Hinc clausula illa in nostris Const. p. 1. c. 16. de Confessore : *non liceat eum sapientius mutare* : est per modum directionis ; neque nostræ Const. obligant ad culpam : & praxis est ut modò uni , mox alteri confiteamur . Sed certè valde interest , quod quisque semper eidem confiteatur Confessario , eligendo illum , qui melior sibi in Domino videtur . *Un Medico, ed un Confessore.*

Hic notandæ sunt qualitates , quas Confessarii pro Religiosis deputandi debent habere ex Clem. VIII. in decr. cit. statuente : *sunt docti , prudentes , ac charitate prædicti*. Et dubium non est , quod si tales essent Confessarii , tales etiam evaderent pœnitentes . Et sic possent in dies meliorari Religiones . Dentur Confessarii doctrina , & Animarum zelo pollentes , & ecce omnium Christi fidelium plena reformatio : dicens solebat S. Pius V. teste Conrado in epist. ad lectorem . Quod & ipsa experientia patet ; quales enim sunt Confessarii , tales esse solent eorum assidui pœnitentes .

Neque dicas , quod in Confessariis Religiosorum non requiritur tanta scientia . Id enim verum est quantum ad tractatum de contradictionibus , de usuris , de matrimonio &c. non autem in aliis ; nam Confessarius Religiosorum debet esse peritus in tract.

tract. de voluntario , & involuntario , de legibus , de statu religioso , de censuris , & irregularitatibus , de officio divino , circa Regulam , & Constitutiones suæ Religionis , & circa plura decreta , & Canones pro Regularibus . Sed & cum Religiosus sub mortali teneatur tendere ad perfectionem , debet Confessor illum ad perfectionem dirigere ; hæc autem directio ex Gersone est *ars artium* ; quæ tamen non solo studio , sed magis sanctis meditationibus acquiritur . Hinc secundum Constitutiones cujuscumque Religionis ex decr. Clem. VIII. pro reformatione Regularium etiam Confessores Religiosorum debent per examen a tribus saltem Patribus gravibus , & peritis cuiuslibet Provinciæ diligenter examinari priusquam probentur . Ilbi autem hoc forte non practicatur , debet Superior localis tale examen coram ipso , & duobus Patribus gravibus , & peritis instituere circa Moralem , quia ad ipsum spectat cura suorum subditorum , nisi quo ad deputandos Confessores obstat proprium statutum . Dixi , quo ad Moralem , quia aliqui Theologiam scholasticam habentes , Moralem spernunt quia ignorant , quamvis postquam illi Rudent ex professo , suum errorem agnoscant , & fateantur . Quod si Superior localis sit moraliter certus de idoneitate eligendi in Confessorem , posset ipsum pro suis subditis approbare sine alio examine . Busemb.lib.6. tr.4. c.2. cum Laym.Conjnc. Sed si dicti Confessarii postquam approbati sunt , libros non amplius revolvent , quomodo suo muneri satisfaciant , videant ipsis . Confessarii si dubitent , an sint idonei ad confessiones audiendas , debent obedire Prælato id præcipienti (si sint , ut supra , examinati , & idonei reperti) ut est com. sent. ; at si certè sciant , se ad tale munus non esse habiles , non debent Prælato præcipienti obedire ; alias mortaliter peccant . Sanch.tom.2.lib.6.c.3.cum Palud.D.Antonin. Sylv. Nav. Med. Suar. Manuel. . Lez.tom.1.c.19. cum Sd. Peyr.tom.1.q.1.c.10.cum Sylv.Nav.Suar.

4. In parvo Conventu non sufficit unum Confessarium depare , sed debent esse saltem duo ex verbis Clem.VIII. de casibus reserv. *Superiores in singulis dominibus deputent duos , tres , aut plures Confessarios pro subditorum numero majori , vel minori.* Tamb.cit.cum Quintanad.. Lèz. & omnes illi , qui dicunt , debere assignari saltem duos Confessarios , & non distinguunt de Conventu paruo , vel non paruo . Et si Pontifex expreſſè dicit

duos , nescio quā ratione Suar. Castrop. Junip. dicant , in parvo Conventu sufficere unum . At speciatim pro nobis patet ex nostris Const.p.1. c.16. Statuatur a quolibet Prelato certus numerus Sacerdotum , qui sufficient ad subditorum confessiones commode audiendas . Illt autem sit numerus, debent esse saltem duo.

Ex dictis , & ex decr. Innoc.X. de parvis Conventibus sequitur , quod in nostris parvis Monasteriis , domibus &c. ubi non sunt saltem quatuor Sacerdotes graves , & maturæ ætatis, cum Superiore inclusivè , ut ibi præscribit Innoc.X. , & sic non snt saltem duo Confessarii , debet Superior assignare alterum Confessarium extra Monasterium , sive extra Ordinem . Neque in hoc pro nobis requiritur licentia Abbatis Generalis , vel alia licentia ; nam licet per nostras Constitutiones non possimus absque licentia Abbatis Generalis confiteri extra Ordinem , quando formatae fuerunt Constitutiones , non aderant Monasteria tam parvæ familie , sicuti hodie . Et ulterius si Constitutiones observari debent , Religio debet concedere ea , quæ ab Innoc.X. stabilita sunt , quod scilicet in quolibet parvo Monasterio sint saltem quatuor Sacerdotes graves , & maturæ ætatis , ut ibi solitæ observantie fieri possint . Et ita mihi consuluit P. Viva.

Nota , in dicto casu posse nostros Superiores dare licentiam , ut Religiosi confiteantur Sacerdoti extraneo etiam simplici , a suo Ordinario non approbato , quia de jur. com. Superiores Regulares possunt hoc facere , & nostra Constitutiones , licet in aliis casibus semper requirant Sacerdotem approbatum , de hoc casu tamen nihil dicunt.

5. Religiosus non potest confiteri extra Ordinem Confessario approbato , sive regulari , sive sæculari , nisi de licentia sui Prælati ; alias confessio est nulla ut n.1. Sufficit autem licentia tacita imbibita in ipsa licentia itinerandi , vel extra Monasterium commorandi , si non habeat Confessarium Ordinis , & non fiat in fraudem. Wigant tr. 13. exam. 5. q. 6. Salm. tom.4. tr. 18. c.4. n.122. Fel. Pot. fol. 360.a n.3446. cum Melphi. In urgenti verò necessitate , deficiente Confessario Ordinis , potest Religiosus confiteri Confessario extero , etiam sæculari , approbato , ut si urgeret necessitas celebrandi missam aut si V. G. invitatus esset in aliena Ecclesia ad celebrandum , & dum ibi expectat in Sacristia , recordatur alicuius peccati mortalis ; nec potest sine scandalo , aug

fine

sine gravi incommodo pergere ad suum Monasterium , ut ibi confiteatur. Fel. Pot. cit. Portel. in dub. Regul. v. Confessor erga Religiosos in n. 12. Quod valet etiam si statuta Religionis prohibeant confiteri extra ; quia in dictis circumstantiis præceptum Divinum , & Ecclesiasticum generale prævalet præcepto positivo Religionis non confitendi extra. Portel. cit. Si adest suus socius Sacerdos simplex, vide infra in n. 7. & in n. 8.

6. Quando Religiosus debet eligere pro Confessario Sacerdotem extraneum approbatum ab Ordinario sufficit si is sit approbatus ab ipsius Confessarii Superiori , licet non ab Episcopo : & sic sufficit si Sacerdos regularis sit approbatus a suo Superiori: quia approbatio Episcopi non requiritur pro Confessore in ordine ad Religiosos . Sic communiter practicatur ; nam sic erat de jure antiquo , cui non est derogatum per Conc. Trid. sess. 23. c. 15. cum ibi solum sit sermo de Confessoribus sacerularium. Et ita Lez. tom. 1. c. 18. n. 27. Bonac. de Sacram. pœn. d. 5. q. 7. p. 4. cum com. Peyr. tom. 1. q. 1. c. 21. cum Nav. Rodriq. Vega , Vi- vald. Regin. Suar. : Salm. tom. 4. tr. 18. c. 4. p. 2. n. 49. cum Suar. Lug. Dian. Th. Hurt. Leand. : Apt. a Sp. S. , & Dicast. ex com. sent.

7. Religiosi de licentia Superioris peregrinantes , vel commorantes ubi non sunt Sacerdotes proprii Odinis , possunt confiteri simplici Sacerdoti alterius Ordinis , siue etiam sacerulari , (licet sacerularis Sacerdos non sit approbatus ab Episcopo , quia approbatio Episcopi non requiritur in ordine ad Regulares , ut n. 6.) quando tales sunt circumstantiae itineris , vel moræ , ut licentia confitendi simplici Sacerdoti saltem tacite videatur imbibita in ipsa licentia peregrinandi , vel commorandi (nisi aliter disponant statuta Religionis) ut est consuetudo , & ex concessione Sixt. IV. , & Innoc. VIII. Castrop. cum Rodriq. de la Cruz, Bord. Portel. Ant. a Sp. S. ; nam non potest Religiosus eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem extraneum , nisi , vel in defectu extranei approbati , & tunc ex præsumpta licentia Superioris , ut docet Fel. Pot. fol. 360. n. 3449. ; vel nisi specialem habeat licentiam a suo Prælato , ut Fel. Pot. cit. Amend. tom. 2. de sacr. pœnit. p. 5. sel. 4. sect. 1. dub. 1. cum Don. & aliis pluribus. Qui tamen Amend. cum aliis cit. vult, non posse Superiorem dare

dare talem licentiam , nisi deficiente Sacerdote proprii Ordinis. Sed hoc negant Dian. Laym. Mirand. apud Amend. : & negat etiam Fel. Pot. cit.

Sed quantum ad nos ex Const. p. 1. c. 16. habetur. Iter agentes si ob sacram faciendum confiteri voluerint , Et Sacerdotem nostri Ordinis non habuerint, cajus Sacerdotis honesto confiteri valebunt , approbatu tamen a suo Ordinario , nisi ex malitia usque in illud tempus , quo desit illis copia Sacerdotum nostrae Congregationis , confessio differatur , quia tunc beneficium sacramentalis absolutionis , nisi forte in casu urgentis necessitatis , non consequentur . Hic nota clausulam illam , approbatu tamen a suo Ordinario , importare conditionem , quia dictio , tamen , est limitativa , & restrictiva ; modum , & conditionem importat ex Barb. tract. varii dictio 401. & sic confessio in tali casu facta Sacerdoti non approbatu est nulla , quia dispositio conditionalis est nulla conditione non posita. l. Cedere diem. ff. de verb. significat.

Nota etiam clausulam illam , nisi ex malitia ; pro cuius intelligentia sciendum , quod operari ex malitia est , cum quis data opera , seu ex proposito male agit , cognita tamen , & volita malitia objecti , seu quasi scienter malum eligens , ut docet D. Th. 1.2. q. 78. art. 1. in corp. Hinc non dicitur ex malitia differre confessionem , qui illam differt bona fide , vel ex negligentia , vel ex imprudentia , ut in simili dicetur cap. 3. n. 52. quia non differt ex fine directo , & primario declinandi proprium Confessorem cum fraude legis , & dolo . Unde in dictis casibus confessio , quantum est ex hoc , est valida , nisi aliud obsteret. Quod si excusat imprudentia , multo magis excusat prudentia , ut si quis ex vero , & prudenti timore , quod Confessarii sui Monasterii suæ confessionis sigillum frangerent , cum ex alia parte jam sit iter facturus , differt confessionem usquequo foris sit , & foris confiteatur quando sacram vult facere . Et idem est , si quis ex justa commoditate spirituali , aut corporali differt confessionem , ut si quis iter facturus , nunc habet opportunitatem eundi , & non potest tam commodè immorari , ut in Monasterio confiteatur , sive quia in Monasterio non habet Confessarium , qui benè ipsum dirigat , sicuti potest habere foris in locis itineris , quia in his casibus non dicitur is differre confessionem ex malitia ,

fin-

fincerè procedendo . Insuper si quis ex ignorantia invincibili confessionem differret , confessio esset valida , quia adhuc non differret ex malitia . At ignorantia vincibilis , vel affectata , sicuti in hoc casu non excusaret secundum com. sent. a peccato mortali , ita etiam efficeret , ut confessio esset nulla .

8. Ex dictis supra inferatur , quod Religiosus extra Monasterium degens possit confiteri suo socio Sacerdoti simplici , si licentia diutius extra manendi tacitam licentiam extra confitendi imbibere videatur , quia Prælatus mittens ipsos ad negotium extra Monasterium , censetur illis dare omnia , quæ ad tale iter sunt necessaria , & præsertim pro Sacramento pœnitentiæ ; & sic Sacerdos socius itineris hoc ipso , quod assumitur ab alio socio ad confessionem sui audiendam , intelligitur in ejus Confessorem electus , & habilitatus , nisi obstante statuta propriæ Religionis . Don . tom . 4. de Confess. Regul. tr . 5 . q . 24 . cum Vega , Graff . Peyr . Bord . . Peyr . cit . cum Vega Rodriq . Graff . Nav . . Sporer . de Sacram . penit . Et dicta valent in casu dicto etiamsi adsit copia Confessoris extranei approbati . Wigant tr . 13 . exam . 5 . q . 6 . ; neque enim Religiosus itinerans querere debet , an sit copia Confessoris extranei approbati , an non . Sed nota ex Wigant , tunc solùm posse præsumi licentiam confitendi socio Sacerdoti simplici , sièt adsit copia Confessoris extranei approbati , quando ita practicatur , scientibus Superioribus , & socius est habilis ad munus Confessarii ; aliàs præsumi non potest . Sed quando tacita licentia confitendi socio simplici Sacerdoti non videtur concessa , debet Religiosus confiteri Confessario extraneo approbato . Wigant cit . Et sic facere debet etiam in urgenti necessitate , ut n . 5 . 3 nam in licentia eundi per Civitatem brevi tempore non videtus imbibita licentia confitendi socio Sacerdoti simplici .

Sed specialiter pro nobis ex Const. loc.cit. colligitur ab opposito , quod possumus in casu dicto confiteri simplici Sacerdoti nostræ Congregationis ob sacrum in itinere faciendum ; ibi enim dicitur : Iter agentes si ob sacrum faciendum confiteri voluerint , Et Sacerdotem nostri Ordinis non habuerint , &c. Ergo si habemus Sacerdotem simplicem nostri Ordinis , etiamsi non sit socius , nec ejusdem Monasterii , debemus illi confiteri ; & solùm in defectu illius Confessario extraneo approbato confiteri possimus , ut patet ex verbis Constat .

Non

9. Non tamen per hoc præcisè , quod Religiosus licentiam habeat confitendi extra Ordinem , absolvî potest a casibus in Religione reservatis , quia Religiosus est ubique subditus suo Superiori , cum sit subditus ratione personæ , non ratione loci , ut sunt sæculares : & casus reservati non censentur concessi in generali concessione . Cap. Si Episc. 2. de penit. in 6. , ut est com. sent. Ita Peyr. cit. cum Graff. Vega, Rodriq. . Don. cit. Valeret tamen absolutio a reservatis , si fieret per ratihabitionem de præsenti , non autem per ratihabitionem de futuro. Peyr. cit. cum Sylv. Rodriq. Graff. Enriq. . Don. cit. cum aliis . Tunc autem est ratihabitio de præsenti , cum scio , quod meus Prælatus est contentus , ut ego nunc absolvam hunc Religiosum a reservatis : & hoc scio , aut deduco , vel propter amicitiam , & familiaritatem , quæ est inter me , & Prælatum , vel propter ea , quæ ex ejus mente alias cognovi . Ratihabitio de futuro est , si scio , quod meus Prælatus erit contentus de tali absolutione data , quando ei dicero. Peyr. & Don. cum aliis .

10. Confessarii Provinciarum , vel Conventuum possunt absolvere Religiosos sui Conventus , & Provinciæ (nisi mutent domicilium , quia tunc spectant ad alios) ubicumque repertos , etiam extra Conventum , vel Provinciam. Lez. tom. 3: v. Confessarius n. 21. cum Cand. & Sot.. Quod docet Don. tom. 4. de Confessariis Regularibus tr. 5. q. 25. cum Sot. etiamsi reperiantur Confessor , & penitens Regularis in alio Monasterio Ordinis , per quod transeunt , & sine licentia Superioris loci , quia jurisdictio , quæ absque strepitu judicii exercetur , potest exerceri etiam extrâ Diœcœsim. C. ult. de off. Deleg. . Dicit tamen Don. ibi , quod talis penitens possit confiteri alteri Sacerdoti de licentia Superioris Domus , ubi reperitur : & citat Nav. Suar. Enriq. , & plures alios . Et hic dicta de Confessario , & suo penitenti Regularibus valent etiam pro nobis , quia in hoc nullam habemus prohibitionem .

11. Si duo Religiosi Sacerdotes simplices ejusdem Monasterii reperiantur per accidens , & transeunter in alio Monasterio Ordinis , si Constitutiones de hoc nihil dicant , non potest ibi unus alteri confiteri , quia unus non habet jurisdictionem in alium , sicut censetur habere in casu posito n. 8.

12. A fortiori , si isti duo Religiosi , qui sunt simplices Sacerdo-

Sacerdotes, sive diversorum Monasteriorum ejusdem Ordinis, & reperiantur transeunter V.G.hic in Monasterio S.Petri ad Aram; immo etiam si essent Confessarii pro Religiosis in suis respectivis Monasteriis, non possunt hic ad invicem confiteri, sive unus confiteri alteri, nisi saltem pénitens habeat licentiam a suo Prælato, sive generalem eligendi quemcumque Sacerdotem sui Ordinis, sive specialem eligendi hunc in suum Confessorem, nisi statuta Religionis aliter disponant; quis aliis Confessarius nullam haberet jurisdictionem.

13. In nostris Const. p. p. c. 16. habetur. *Nullus Sacerdos confessiones etiam eorum, qui sunt de corpore nostra Congregationis, audire præsumat, nisi ex speciali licentia sui Prælati: nullus etiam subditus alicui confiteatur, nisi eis, qui a suo Prælato illi facerint in Confessarios deputati; alioquin absolutionem sacramentalem non consequatur.* Ilbi nota, quod illa verba: *nullus etiam subditus;* non habent copulare primam partem cum secunda, ita ut tam in primo, quam in secundo casu absolutio sit nulla; in re enim tanti momenti magis clare Constitutiones loquerentur, si hoc vellent: sed dicitio, etiam, sumitur pro insuper, vel præterea, ut etiam in Calepino habetur. *Di&gio autem insuper (& idem est de præterea) importat diversitatem:* ex Don. tom. 1. de privil. tr. 10. & Lez. tom. 3. v. Dictio n. 23. cum Tuschio, & Peyr. Ille ergo sunt duæ res diversæ, & ideo in fine dicitur: *alioquin absolutionem sacramentalem non consequatur;* quod non potest cadere, nisi supra secundam partem; non dicitur: *aliоquin absolutionis sacramentalis sit nulla;* quod posset cadere supra utramque partem; ut consideranti patet.

14. Igitur si quis ex nostris sine licentia sui Prælati confessiones audiat aliorum ejusdem Ordinis, dummodo isti licentiam habeant, sive generalem, sive specialem ab eorum Superiori ad eligendum hunc non approbatum, confessio est valida, & solùm est transgressio Constitutionum, quæ in nostra Religione non obligant ad culpam.

15. In secundo vero casu Constitutionum certum est, quod Religiosus, qui sine sui Superioris licentia confitetur alicui etiam ejusdem Ordinis, invalidè confitetur. Et dicta in utroque casu valent etiam pro aliis Religionibus, nisi propria Statuta aliter disponant. Ceterum verum est in toto rigore, quod non possit

Hec Religiosus confessiones aliorum, etiam sua Religionis, audire, nisi sit a suo Superiori approbatus; (& pro secularibus, nisi etiam Episcopo praesentatus) ut est laudabilis consuetudo omnium Religionum, ut quantum ad confessiones secularium patet etiam ex Clem. Dudum de Sepult. & adsunt circa hoc plura privilegia. Et haec est probabilis, tucios, & rationabilis sententia, quam tenet plures graves DD., quia munus Confessarii magnam persistiam, prudentiam, & inorum gravitatem requirit, de quibus meritò Praelatus potest, & debet certiorari, ut facultatem confessiones audiendi concedat. Adhuc tamen valde probabilis est sententia afferens, quod Religiosus ab Episcopo approbatus, si contra voluntatem sui Praelati confessiones Secularium audiat, licet ipse forsitan peccet, valida est de se confessio. Lez. tom. I.c. 19. n. 12. Peyr. tom. I.q. I.c. 21. conclus. 2. cum Rodriq. Mirand. Graff. Angles. Salm. tom. 4. tr. 18. c. 4. p. 2. n. 48. qui dicunt, hanc esse sent. comm. & citant pro ipsa Cand. Graff. del Bene. Zerol. Ant. à Sp. S. Pell. 2. Lez. Homob. Peyr. Mirand. Laym. Rodriq. An autem, & quomodo peccet talis Religiosus confessiones audiens secularium, cum approbatione Episcopi contra voluntatem Superiorum, dicendum, quod si prohibitio Superioris, vel Constitutionum obligat sub mortali, peccat mortaliter, si sub veniali, venialiter, si ouollo modo, non peccat, ut docet Peyr. cit. cum Mad. Nav. Regin. Sed præscindendo a positivo præcepto Superioris, melius dicunt Dian. Tamb. Sporer, hoc debere judicari ex propriis Constitutionibus si obligant ad mortale, vel veniale.

16. In duobus tamen casibus talis confessio esset nulla I. Si in illa Religione adsit aliquod Statutum irritans licentias ab Ordinariis obtentas, annullansque confessiones factas Sacerdotibus licentiam Praelati non habentibus, a Sede Apostolica approbatum, ut est in Religione Predicatorum per privilegium Julii III. per quod Pontifex revocavit licentias, & immunitates concessas Religiosis ejusdem Ordinis, quas Magister ipse ordinis (scilicet Generalis) revocandas dijudicaverit, undecumque emanatas; ut referunt Lez. Peyr. cit. Quo privilegio uti possunt Religiones communicantes in privilegiis. In nostra Religione tamen non adest simile statutum. II. Si Religioso prohibitum est sub mortali audire confessiones. In tali casu penitens sciens talem prohibitionem, si illi confitetur, cooperatur peccato illius, & sic etiam ipse

Ipse peccat mortaliter in actuali confessione, & per consequētū confessio est nulla, ut bene notat Peyr. cit. Ad argumenta contraria, quantum ad confessiones secularium respondent Salm. eo ipso, quod Concil. Trident. sess. 23. c. 15. assignando quid pro Confessariis Regularibus, vel secularibus requireretur ad audiendas confessiones secularium, & Sacerdotum, solum assignavit præter potestatem Ordinis approbationem Episcopi, nihil da licentia Praelati Regularis requirendo, dicta sufficere, ut Regularis validè possit audire confessiones secularium. Quæ omnia applica in Regulari contra voluntatem sui Superioris confessiones Religiosorum audiente, sive sint ejusdem, sive alterius Ordinis, dummodo isti licentiam habeant a suis Superioribus generali, sive specialem confiteundi huic Religioso non approbato; ut patet etiam ex n. 14. & 15.: & dummodo non obstante hæc superius dicta hoc n. 16.

17. Sed notandum, quod dictus Religiosus audiens confessiones, sive Secularium, sive Religiosorum, ut supra, contra voluntatem Superioris, non posset uti privilegiis suis Religionis, quia hæc semper dantur cum dependentia quoad eorum usum a Praelatis, & a Statutis Religionum, & ipsis gaudent Confessarii Religiosi à Præfatis designati. Salm. tom. 4. tr. 18. c. 4. p. 3. n. 46. Lez. tom. 3. v. Confessarius Regular. n. 2. cum Rodriq. Suar. Dian. Peyr. tom. 1. q. 1. c. 21. conclus. 2.

18. Nullus de familia hujus Monasterii potest ex propositione pergere ad aliud Monasterium, etiam ejusdem Ordinis, ut Confessariis ibi deputatis confiteatur, nisi habeat licentiam Superioris hujus Monasterii: alias confessio est nulla, quia Superior illius Monasterii non habet jurisdictionem in Subditos hujus Monasterii.

Si autem occasione itineris, vel ob aliam occasionem ibi quis accidentaliter reperiatur, cuinam possit confiteri, unusquisque se conformet suis Constitutionibus, vel consuetudini. Et quidem nostræ Constitutiones p. 1. c. 16. sic habent. Cum quis ex nostris de loco ad locum mittetur, nisi sit Praelatus, illis tandem Sacerdotibus poterit confiteri, qui in singulis locis per Parres Monasteriorum erunt in Confessarios deputati: exceptu si quis sit cum proprio Praelato, cui si voluerit, poterit confiteri. Si autem voluerit, de illius licetiq; alicui ex deputatis a Praelatis loco-

ad confiteat. Quod & in aliis Religionibus faciendum est, nisi Conſt. obſtent. Donat. tom. 4. de Conf. regul. tr. 7. q. 18.

19. Et hic plura ſunt pro nobis notanda: quae poſſunt inſervire etiam pro aliis Religionibus in caſib⁹ ſimilib⁹. Dicitur I. *Cum quis ex noſtris de loco ad locum mittetur, hoc eſt de mandato, ſeu licentia Superioris. Ilnde ſi quis ſine debita licentia iter faceret, non potheſt valide conſiteri Confessariis alterius Monasterii, quia non habet licentiam ſaltem tacitam illis conſitendi, inſclusam in licentia itinerandi; & per conſequens Confessarii illi nullam habent erga iſum iurisdictionem.*

II. Sic etiam Religiosus e Monasterio egrediens per Civitatem cum licentia Superioris, non potheſt inde in tali occaſione in aliam Eccleſiam etiam ſui Ordinis ire ex proposito ad celebrandam miſſam, ſi conſcientiam habet peccati mortalis, quia deberet conſiteri Confessariis deſignatis illius Monasterii, & pro tali confeſſione non habet licentiam inſclusam in ipla licentia domo exeundi per Civitatem, quia tale iter per Civitatem non includit talem licentiam conſitendi, ſicuti inſcludit licentia peregrinandi. Excipe, niſi adſit legitima conſuetudo in contrarium, videntibus, & non contradicentibus Superioribus.

III. Dicitur: *illis tantum Sacerdotibus potheſt conſiteri, qui in ſingulis locis per Patres Monasteriorum erunt in Confessarios deputati. Ilnde ſi is aliis Sacerdotibus non deſignatis in Confessarios conſiteretur, confeſſio eſſet nulla; quia Conſtitutiones pocheſt particulam taxativam, tantum.*

IV. Dicitur, excepto ſi quis ſit cum proprio Prælato &c. ſi autem noluerit de illius licentia alicui ex deputatis à Prælatis locorum conſiteat. Sed hoc non obſtantē ſi quis ex noſtris habet licentiam a ſuo Superiori, ſive ibi præſente, ſive abſente, potheſt valide, & licet conſiteri aliis Sacerdotibus ibi non deſignatis in Confessarios, ac etiam ſino licentia Prælati Monasterii (& ſolū eſſet deſectus, & transgeſſio Conſtitutionum) ut docet etiam Lez. tom. 1. c. 18. n. 27. quia quicumque habet authoritatem ordinariam, potheſt illam delegare alteri, qui non eſt de jure impeditus, ut certum eſt inter DD. & docet Lez. loc. cit. cum Dian. Noſtræ autem Conſtitutiones de ſe non obligant ad culpam, quantum ad hoc non limitant facultatem Prælati, & non irritant plites factum. Et idem dicendum cum Lez. cit. in aliis Religionibus,

hys,

bus, nisi eorum statuta graviter obstant, vel si obligent ad pecuniam veniale, effet solum veniale.

20. E contra, si Sacerdos de familia Pediscriptæ reperiatur per accidens in hoc Monasterio, vel etiam si venerit ex hoc fine, potest audire confessionem alicujus de hac familia, dummodo habeat licentiam a Prælato hujus Monasterii, licet non habeat ab illo Pediscriptæ, ob easdem rationes. Et ita ex Fel. Pot. fol. 370.n.345.s. cum Sieri, & Melphi.

21. Possunt Prælati Regulares eligere pro se ipsis Confessarium non approbatum, sive proprias Religionis, sive alterius, sive etiam sæcularem, ut ex c. ne pro dilatione de pœnit., & remiss.; sive habeant copiam Confessarii sui Ordinis, sive non, nedum in Monasterio, sed etiam extra, quia est privilegium personale, non locale. Salm.de privil.tom.4.c.18.c.4.p.2.n.123. & est com.sent.Sed nostri Prælati, quamvis quem maluerint ex nostris Canonicis sibi in Confessarium eligere possint ex Constit. p.p.c.16., aliis extra Ordinem confiteri non possunt ex Constitut. loc.cit.6.Iter agentes, nisi quando, & prout cæteri Canonici. Excipe Generalem toto tempore officii. Lucerna Regul.v.Generalis n.2. Et hoc esse in usu ex concessione Gregorii IX. ait apud ipsum Villal. Et cum com. ex c. ne pro dilatione docet Dian. p.3. tr. 2. ref.1. Excipe etiam Visitatores in actuali visitatione, qui sicuti possunt aliis licentiam dare confitendi extra, ita etiam possunt ipsi extra confiteri. Peyr.tom.2.q.1.c.4.s.4.n.89.cum Malphes.

22. Prælati, qui in aliis Religionibus possunt eligere pro se ipsis Confessarium non approbatum, sunt Generales, Visitatores, Provinciales, Abbates, Priors, Guardiani, Rectores, & cæteri Superiori locales; ac etiam illi Vicarii, qui sunt Prælati, ut in cap. ultimo. Prælati, qui in nostra Religione possunt eligere in Confessarium quemcumque ex nostris Canonicis, sunt Prælati actuales, sive locales. Insuper in nostra Religione ultra Prælatos actuales sunt aliqui Prelati titulares ad tempus; qui scilicet, prout Episcopi-titulares, solum habent titulum Ecclesiastarum, & Monasteriorum, quæ prius etant nostræ residentiæ, & sunt quinque: S.Stephani Vertonæ, S. Mariæ de Polio Vineolanæ, S.Bartolomei Mantuae, S.Mariæ de Mercatillo Venetiarum, & S.Georgii Montis Clari Diæcesis Brixiensis. Ulterius, qui per tress ad eos est Abbas Monasterii S.Ulbaldi Eugubii, per alios tres

ADNOB

annos gaudet iisdem privilegiis, ac si esset Abbas ex decr. S. Con-
greg. sub Clem. XI. Et omnes isti possunt sibi eligere in Confes-
sarium quemcumque ex nostris Canoniciis. Insuper noster Pro-
curator Generalis potest conficeri culicumque ex nostris Canonici-
is ex Constitut. p. 2. c. 3. Sunt etiam in nostra Religione Abbates
privilegiati perpetui, qui scilicet ob lecturam, ut ex Const. p. 2.
c. 13. vel ob munus concionandi, ob munus Magistri Novitio-
rum per quindecim annos, vel ob publica servitia praestita toti
Congregationi, tali praelatura decorantur ex Bulla Innoc. XIII.
Emanavit: in Bullar. nostro fol. 397. secundum formam Constit.
p. 2. c. 8. 13. & 14. Et omnes isti gaudent iisdem privilegiis, ac
veri Prælati nostræ Congregationis: & sic etiam quoad Confessa-
rium eligendum.

Et quia nomine Prælatorum veniant etiam Vicarii, qui
sunt Prælati, ideo cum ex nostris Constitut. possint Prælati, ne
supra eligere pro Confessario quemcumque ex nostris Canonici-
is, etiam nostri Priors, seu Vicarii in non brevi absentia Su-
perioris, prout dicitur in cap. ult., possunt sibi eligere in Confes-
sarium quem maluerint ex nostris Canoniciis.

23. Tandem noster Generalis post terminatum officium est
perpetuus Prælatus de titulo, & quem voluerit Sacerdotem no-
stræ Congregationis in Confessarium potest eligere ex Const. p. 2.
c. 22. Nostri Visitatores post terminatum officium sunt Prælati
titulares perpetui, gaudent privilegiis Prælatorum forensium,
qui scilicet sunt hospites in alieno Monasterio, ex Const. loc. cit..
Consequenter possunt sibi eligere quem maluerint ex Canoniciis
nostris in Confessarium. Et isti quinque post terminatum offi-
cium sunt qui vocantur Diffinitores in nostra Congregatione.

Et nota, quod cum omnes supradicti Prælati possint ex no-
stris Constit. eligere in Confessarium quemcumque ex nostris
Canoniciis, intelligi debet, etiam a nullo approbatum, ut patet
tum ex n. 21. cum ex cap. ult. §. 6.

24. Religiosus, qui est de familia in uno Monasterio, & po-
nitur de familia in alio, si post assignationem factam ipsius ad
aliud Monasterium, per dies, vel mentes ex accidenti moretur
in primo Monasterio, potest ut prius conficeri, vel confessiones
aliorum audire, si erat Confessor illius familie, usquedum Su-
periori primi Monasterii aliter disponat, quia, ut in quodam ca-
su

su à S. Congregatione esse decisum pluries audivi , est de familia prioris Monasterii , & subditus ibi usquedùm abeundi causa sic extra januam Monasterii .

25. In Constit. nostris p.p.c. 16. §. cum quis , habetur quod Visitatores tempore visitationum cuilibet ex Canonicis , & Conversis nostris ex rationabili causa concedere poterunt licentiam confitendi alicui Sacerdoti extra Congregationem ex approbatis ab illorum Ordinariis . Ubi nota , quod talem licentiam quilibet Visitator se solo concedere potest , licet duo simul Visitatores visitent , ut mihi consuluit P. Viva . Et talis licentia potest dari pro una , pluribus vicibus , & etiam in perpetuum ; quæ valebit , usquedùm revocetur a successore , vel a Generali , quia Constit. loc. cit. loquuntur absolute , & sineulla restrictione : & ubi lex non distinguas , neque nos distinguere debemus . Et ex alia parte est gratia facta , quæ non expirat morte concedentis , vel ejus officii cessatione , etiam re integra . C. f. cui nulla de præbend. in 6. Cap. si super gratia de off. deleg. in 6. Et que certa regula inter DD. (Unde non opus est petere confirmationem talis gratiae a successore , ut bene notat Peyr. apud Lez. tom. 3. v. Gratia n. 10.) Et ita in terminis de Visitatore , & Commisario Lez. cit. cum Peyr.

Et nota etiam , quod si Subditus non ad certum tempus sed absolute petit licentiam confitendi extra , & Visitator etiam absolute concedit , est gratia perpetua , quia est gratia facta , & est absolute concessa semper durans , nisi revocetur , cum favores sint ampliandi . Ita in terminis Lez. tom. 3. v. Gratia n. 4. cum Nav. Azor. . Ant. à sp. S. p. 1. tr. g. d. 12. sect. 1. n. 828. cum Nav. Regin. Sayr. Azor. Sal. Dicast. A. Tamb. de jure Abb. d. 26. q. 1. n. 2.

Religiosus habens licentiam confitendi semel extra Ordinem , si illa confessio fuit nulla , vel sacrilega , potest iterum extra confiteri fine nova licentia , quia licentia fuit ad veram , non ad fidam confessionem , & absolutionem . De Lugo in simili de casibus reserv. & Lez.

26. Noster Generalis similiter ex Constit. loc. cit. potest dare eandem licentiam , ut supra , Canonicis , & Conversis , modo ut supra . Sed Generalis potest hanc dare semper ac illi rationabile videtur , & sic practicatur ; nam Visitatores pro hoc habent restrictionem tempore visitationum , non autem Generalis , quia ipse

Ipse est supremum caput Religionis. Bene tamen faciet Generalis in illis Religionibus, in quibus adest similis Constitutio, si in qualibet Provincia deputet unum Pœnitentiarium, qui licentiam confitendi extra dare possit, cum rationabile ipsi videbitur, ne ex difficultate, & tarditate habendi licentiam ob ejus distantiam, desperatio, & pericula Animarum in subditis sequantur.

27. Religiosus habens licentiam confitandi semel extra Ordinem, potest etiam post aliquot dies extra confiteri mortalia oblita in illa confessione sine nova licentia, dummodo non ad sine nova mortalia, quia haec secunda confessio est appendix prioris. Dian. Coordin. p. 1. tr. 1. ref. 49. cum Dicat, & Nogn. Ita etiam Amend. Tamb.

28. Si Confessarius est approbatus per tempus determinatum V.G. per octo dies, & confessio bona fide incepta non potest ob rationabile impedimentum finiri intra illud tempus, etiam finito tempore illo potest Confessarius prosequi, & absolvere; nam ex eo quia coepit est negotium confessionis tempore habili, radicem in delegato fixit jurisdictio, ut jura loquuntur. Tamb. tr. de jubil. c. 2. Et haec est communior sent., quam P. Ledesm. & de Lug. docent esse valde probabilem. Idem passim docent Sanch. de Lug. & alii in casu simili de Jubilzo. Quod si data intra tempus praefixum absolutione, post aliquot dies (immo menses, ut colligitur ex decision. Bononien. apud Dian. Coordin. p. 7. tr. 1. ref. 101.) recordatio alicuius peccati mortalis ante absolutionem commissi, licet quod possit illud confiteri cum dico Sacerdote, cuius potestas expiravit, doceat Dian. loc. cit. cum decis. Bonon., & probabile dicat Tamb., dummodo non adsint nova mortalia, negat tamen absolutionem. Tamb. 4. cuius sententia hic tenenda est) cum Fag., & aliis, quia data sententia, jam delegatus functus est officio suo. Ibi nota disparitatem inter hunc casum, & alium de n. 18. quia in hoc casu nedum delegatus functus est officio suo, sed ulterius ejus potestas expiravit; nos sic in illo.

Hic notandum, quod Regulares, non obstante prohibitione suorum Constat. possunt liberè confiteri Pœnitentiariis Papæ, quia hi sunt Vicarii Papæ, & sic practicatur Romæ. Don. de Confessariis Regular. tom. 4. tr. 7. q. 34. cum Peyr. Lez. tom. 1. c. 18. n. 26. Ulterius Patres pii Operarii, Missionarii Congregationis P. Payne,

vone, & Missionarii de propaganda fide (qui omnes Neapolit mo-
runtur, & Missiones faciunt per Regnum, sed illi de propaganda
fide Missiones faciunt etiam Neapolit) in actuali missione audire
possunt confessiones Regularium absque licentia Superiorum
Regularium, quia habent speciale privilegium a Pontifice: &
possunt ipsos absolvere a casibus Pontifici reservatis.

Possunt Regulares recurrere etiam ad S. Poenitentiariam
pro licentia confitendi extra Ordinem pro aliqua vice; sed dissi-
culter habetur licentia hac via.

29. Religiosi, qui gaudent generali Papæ privilegio absol-
vendi quoscumque ad se accedentes, ut sunt Mendicantes, non
possunt audire confessionem Religiosi alterius Ordinis non ha-
bentis licentiam sui Superioris, quia privilegium non præsu-
mitur concessum in præjudicium alterius; sic autem esset præ-
judicium alteri Religioni, perturbatio, & confusio jurisdiccionum. Bon. tom. 1. de sacram. poenit. d. §. q. 7. p. 4. §. 1. cum
Vivald. Enriq. Suar. Fill. Regin. & Lez. tom. 1. c. 18. num. 26.
cum Suar. In nostris Constit. p.p.c. 16. habetur, quod iter agen-
tes ob Sacrum faciendum possint confiteri extra Ordinem cum
conditionibus dictis n. 7. §. sed quantum. Deinde habetur: *Extra
prædictum casum nullus ex nostra Congregatione, sive Subdi-
tus, sive Prælatus alicui Sacerdoti, qui non sit de gremio nostra
Congregationis, confiteatur; alijs non sit vere absolutus.* Hic
nota, quod licet dicatur, *extra prædictum casum, nullus &c.*,
adhuc hæc dispositio valet in casibus similibus, ut V. G. si quis
*ex nostris ex debita licentia maneret domi sua longè a nostris
Monasteriis, posset extra confiteri confessario approbato, si adest
rationabilis causa confitendi, ut ex devotione, vel ob commu-
nione in faciendam, quia dictio taxativa non excludit casus si-
miles, sed cum lex non possit omnes casus recensere, ponit ali-
quem tantum. Dian. p. 3. tr. 2. ref. 105. cum Gomez. Lez. tom. 1.
de Monialibus c. 25. n. 20. cum Nav. Azor. & tom. 3. v. dictio n. 17.
cum Gl. Rodr. Sanch. Idem dic ad alium §. Constit. loc. cit. *Simili-
ter Canonici nostris in Villis extra claustra degentibus Prælati
ex aliqua rationabili causa possint concedere facultatem confi-
tendi alicui Sacerdoti extra Congregationem ex approbatis ab
illorum Ordinariis.* Et extra hunc casum, & extra casus dictos
c. 1. n. 4. & 7. nostri Prælati locales non possunt dare licentiam*

Subditis, ut confiteantur extra Ordinem?

Nota etiam in hoc §. nostrarum Constit., quod si Prælati
dental facultatem Canonici nostris in Villis degentibus confiten-
di. Sacerdoti extra Congregationem non approbato, adhuc con-
fessio valet, & solum est trasgressio Constitut., quia nulla adest
particula irritativa, & nostræ Constit. non obligant ad culpam.

30. An autem possint nostri Prælati locales dare licentiam
suis Subditis, ut confiteantur alicui ex nostris Canonici extra
Religionem degentibns ratione secularis beneficii obtenti?

R. Negative, nisi quando possint licentiam dare, ut confitean-
tur aliis exteris, quia ex nostris Constitut. p.p.c. 16. habetur: *Ex-
tra prædictum casum, scilicet de Sacro faciendo, ut n. 29., nullus
ex nostra Congregatione, sive Subditus, sive Prælatus alicui Sa-
cerdoti, qui non sit de gremio nostræ Congregationis confiteatur,
alid non sit vere absolutus.* Illi autem extra manentes, quam-
vis sint verè Canonici Regularis, non tamen sunt de gremio no-
stræ Congregationis. Et ita mihi consuluit P. Ceccarelli nunc
Archiepiscopus Lancianensis.

31. Quia ex nostris Constit. p. 1. c. 34. Prælati ordinatur,
quod nullum Canonicum, aut Conversum, ubi erunt Mona-
steria nostri Ordinis, extra Claustra pernoctare permittant sub
quovis praetextu, si quis ex nostris decipiendo Prælatum, cum
falsa licentia moretur V. G. in Civitate, ubi adest nostrum Mo-
nasterium, non potest confiteri extra Ordinem, quia licentia
manendi ibi est nulla, cum supponatur, quod Prælatus intendat
dare licentiam secundum formam Constitutionum, & sic etiam
licentia extra confitendi imbibita in illa est nulla, quia *quod de
jure non subsistit, nullum sortitur effectum.*

32. Sed quæres quando nam ceasatur sufficiens distantia à
Monasterio, ut quis ex nostris domi sua manens, vel in alio loco
V.G. recreationis, vel infirmitatis causa, possit confiteri confes-
sario extero approbato?

R., non posse assignari distantiam determinatam, sed ali-
qualem notitiam posse defundi ex iis, quæ habet la Croix. lib. 6.
p. 1. n. 534. apud quem dicunt Gob., & March., tunc deesse copiam
omnis Confessarii, si quis deberet ire ad duas horas, & per toti-
dem redire. Aliqui cum Rhôdes ponunt unam integrum leu-
cham. Causus putavit, absoluere sufficere quinque quadrantes,

sive

sive tria milliaria. Sed Avers., & Dicast. cum com. melius dicunt, hoc metiendum esse ex circumstantiis; ideoque regulam generalem esse, quod quando distantia tanta est, ut ob difficultatem itineris, vel brevitatem temporis, vel necessaria negotia, vel periculum scandali, aut infamiae judicio prudentis non possit quis adire Confessarium sine magno incommodo, tunc non est copia Confessarii. Sed notandum, quod isti DD. loquuntur in casu, quo quis habens mortalia, & habens necessitatem communicandi, deberet communicare sine confessione mortalium, quia non adest copia Confessarii; at quia in casu nostro non agitur de communicando sine prævia confessione, sed de interpretanda lege Constitutionum in casu, quo concedunt, quod possimus exteris confiteri, benignius sumenda est talium DD. doctrina.

33. Novitii invalide confitentur Confessariis a Superiori generaliter assignatis pro Religiosis. Amend. tom. 2. p. 5. de sacr. pœn. Select. 4. secr. 1. dub. 1. Peyr. tom. 2. q. 3. §. 2. cum Cord. Vecch. Vega. Laym. Suar. quia pro Novitiis jus pontificium, & statuta Religionum requirunt specialem deputationem: tum quia in generali deputatione pro Religiosis non venit licentia audiendi confessiones Novitiorum, quia Prælatus saltem implicitè eam negat. Decernit tamen Alexander VII. in decretis pro Novitiis sic. *Liceat tamen Superiori etiam locali, si ita expedire judicaverit, vel per se ipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel, aut bis in anno eorumdem Novitiorum confessiones audire:* Sed nota, quod Superior localis potest etiam, quoties vult, deputare alium Confessarium pro Novitiis, quia ipse est ipsorum Ordinarius Superior, qui potest suam delegare facultatem quando, & quomodo vult, nisi jura, & Constitutiones obstant.

Oppositum dicunt Lez. tom. 4. v. Novitii n. 40. cum Bord., & Ja Cruz. Salm. de statu Religioso tom. 4. tr. 1 s. c. 3. n. 90. cum Pellicz. Ant. a Sp. S. Bord. Dian., & aliis, nisi cæteris Confessariis prohibutum sit à Prælato confessiones Novitiorum audire, quia tunc non habent jurisdictionem. Ad decretum Clementis VIII. pro Novitiis respondent, non obligare ad culpam.

Hic beviter nota ex Lez. loc. cit. cum Bord., quod magister Novitiorum potest ipsorum confessiones audire ex vi officii sine nova commissione, cum in decreto Clementis VIII. de Magistro

dicatur ; cui soli Novitiorum confessiones audiendi cura committatur. Non sic de Submagistro ait Bord. apud Lez. cit.

34. Novitus mox egressurus a Religione potest a Confessario per Superiorem Regularem approbatu*m* absolv*m* etiam de reservatis Pap*z* sicut alii Religiosi absolv*m* possunt per privilegia , quia adhuc vere est Novitus. Salm. tom. 4. de statu relig. c. 3. n. 90. cum Bordon. Vecchi Pelliz.

35. Confessor Regularis a suo Superiore approbatus potest sine approbatione Episcopi audire confessionem sacerdotalis mox Religionem ingressuri , & per consequens potest eum absolvere a reservatis ab Episcopo , sicuti ceteros Religiosos . Hæc , & alia vide in cap. ultimo §. 2. Sed quando sacerdotalis dicetur mox ingressurus , vel brevi tempore ingressurus , ut possit sic confiteri , & absolv*m* ?

R. Praxis Religionum est, quod antequam quis suscipiat habitum moretur intra Novitiatum faciendo exercitia spiritualia per octo , vel decem dies , & intra hoc tempus confiteatur Magistro Novitiorum , licet ab Episcopo non approbato . Ita potest fieri in quacumque Religione, etiam si non ad sit talis consuetudo.

36. Juvenes professi non possunt valide confiteri Confessariis approbatis pro Religiosis aliis a Magistro. Peregrin. apud Dian. Peyrin. tom. 3. c. 11. cum Portal. Suar. Amend. tom. 2. de Sacr. pœn. p. 5. sel. 4. seft. 1. dub. 1. cum Passer. Don. Mancin. & aliis communiter, quia Clemens VIII. mandat, Juvenes manere in Novitiatu , seu Professorio sub cura Magistri , cui soli confiteantur . Sed quod Pontifex ibi tradit consilium, non præceptum dicit Dian. cum Molphes. Et quod validè confiteantur aliis Confessariis a Magistro, nisi Superior in approbatione Confessariorum expresse excludat Professos sub cura Magistri degentes , docet Fel. Pot. fol. 352. cum Melphi: Dian. p. 3. tr. 2. ref. 5. cum Molphes. Quod colligit Dian. ex decr. Clem. VIII. ann. 1593. de casibus reserv. , per quod Superioris debent deputare duos, tres , aut plures Confessarios pro Subditorum numero : & ratio adducta ibi a Pontifice infirmitatis , & formidinis maximè militat pro ipsis. Et hoc probabile dicit Wigant fol. 551. sed ait , quod tutior , & in praxi tenenda sit sent. negativa , quia alias multa scandala , & relaxationes oriuntur.

37. Novitii (intellige, improfessi) possunt confiteri cuicunque

que Confessarii Regulari, vel Seculari, intra, vel extra domum, approbato ab Episcopo, etiam de reservatis a Religione, quia non sunt vere Religiosi. Salm. tom. 4. de statu relig. tr. 15.c. 3. n. 90. cum Bord. Dian. Pelliz. Ant. a Sp. S. Amend. tom. 2. de Sacram. pœn. p. 5. sel. 4. seft. 1. dub. 1. cum com. Notant Salm. cum Pelliz., quod Novitii possunt absolviri a Confessariis approbatis ab Episcopo, etiam iusicio, vel invito Praelato Monasterii; sed non de reservatis Pontifici, quia hoc privilegium conceditur Superioribus, & Confessariis Regularibus, non penitentibus.

C A P U T I I,

*Quomodo se geret Confessarius cum Religiosis, &
Monialibus quoad aliquas speciales utro-
rumque obligationes?*

PER plura quæsita, & per breves responsiones satisfit huic quæstiōni. Igitur.

Quæres I. Quomodo se geret Confessarius cum Regularibus quantum ad obligationem tendendi ad perfectionem?

1. R. Hæc notabit. Et quicquid hic dicetur de Religiosis, etiam de Monialibus intelligi debet quantum ad ea, quæ ipsis non repugnant. Igitur jam certa, & com. sent. est cum D. Th. 2. 2. q. 186. art. 2. quod Religiosus tenetur sub mortali tendere ad perfectionem. Et ista conclusio, ait Nav. c. Cui portio 12. q. 1. n. 10. est terribilis multis Religiosis, qui neque actu, seu actualiter, neque virtute, seu virtualiter habent animum se in dies magis perficiendi in charitate; neque curant plusquam boni Clerici Seculares, vel laici ad eam tendere.

2. Difficultas autem est, an peccet mortaliter Religiosus, qui consuetudinem habet transgrediendi Regulas, & Constitutiones ad mortale non obligantes, sive earum maiorem partem; aut proponit observare vota, & omnia præcepta ad mortale obligantia, de Regulis autem, & Constitutionibus ad mortale non obligantibus non curat? Affirmat vera, & com. sent. apud la Croix tom. 1. lib. 4. n. 58. & ita tenent etiam Salm. tom. 4. tr. 15. c. 1. p. 2. ex D. Th. 2. 2. q. 186. art. 2. 3. 4. cum A. Tamb. Lez. Garcia, Escob.

Barb.

22 Cap. II. Quomodo segeret Confes.

Barb. Sylv. Tabien. Cord. & aliis: & Barthol. a S. Fausto lib. 5. disp. 25. Laym. lib. 4. c. 9. n. 13. Sanch. lib. 6. c. 4. n. 18. & 20. Pinam. Director. perfect. c. 7. Sed audi quælo quid dicat Sanch. loc. cit. n. 17. Religiosus tenetur sub mortali taliter vivere, ut non sit graviter Religioni sua perniciosus, inducendo alios suo pravo exemplo ad nimis relaxatam regulam, perturbando suam Religionem, adeo ut valde expediat sua Religioni eum expellere, ut eßet si nollet unquam servare silentium, nec orare, nec modeste incedere, & ingredieretur omnium Religiosorum cubicula, & similia Religionis statuta transgrederetur. Et ratio est, quia cum Religiosus teneatur sub mortali tendere ad perfectionem, & debeat tendere ad illam per regulas, & Constitutiones sui Ordinis, ut similiter docent omnes cum D. Th. cit. art. 2. Ergo si consuetudinem habet trasgrediendi regulas, & Constitutiones, non potest dici, quod tendat ad perfectionem. Ergo mortaliter peccat.

3. Alia sent. negat; & hanc sequuntur Salm. cit. dicentes, esse probabiliorem, & pro ipsa citant D. Th. 2. 2. q. 186. art. 9. in corp. Sanch. Ant. a Sp. S. Palao, Pelliz. Valent. Suar. Peyr. Barthol. a S. Fausto. Sed quantum vidi nec D. Th. hic, nec ejus Commentator Cajet. aliquid explicant de hoc particulari.

4. Sed & isti Auctores videntur speculative loqui, & in re non dissentire a prima sentent. (quod maxime patet ex verbis Sanch. a Salm. citati pro eorum sent., adducendis hic n. 5.) Isti enim, sicut & nullus negare potest, concedunt talem Religiosum ex aliis capitibus posse mortaliter peccare, nisi illius prævæ consuetudinis correctionem efficaciter procuret, quia scilicet Religioni nocet in disciplina regulari, aliis dando occasionem suo pravo exemplo Regulas passim violandi, Religionem privando fructu, & utilitate, quam ab ipso sperabat percipere, nisi suis pravis, & relaxatis moribus se inutilèm Religioni reddidisset, se exponendo probabili periculo transgressionis votorum, aut præceptorum, & etiam deveniendi ad formalem contemptum. Et tandem timere potest, se ad eum statum venturum, ut ob eam causam debeat tanquam incorrigibilis, & boni communis perturbator a Religione expelli: quod sub mortali evitare tenetur. Et ita ipsi Salm. cit. cum aliis apud ipsos.

5. Sed haec omnia moraliter intervegiunt in consuetudine ipsa trasgrediendi Regulas, & Constitutiones ad mortale non obligantes.

ees.

tes. Et in primis D.Th. 2.2.q. 186. art. 9. ad 3. habet: *Frequentia peccati dispositive inducit ad contemptum secundam illud Prov. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Sanch. Decal.lib. 6. c. 4.n. 18. ait. Quare, si possibile esset, id quod moraliter impossibile est, nullam sequi Religionis ruinam, nec periculum transgressionis votorum, nec contemptum, ex universali decreto non servandi statuta Religionis ad mortalem non obligantia, tale decretum non esset mortale, quia nulla est ratio sufficientis damnandi ad illud.* Pinam. in Director. perfec. c. 7. docet, *talem Religiosum se expouere periculo manifesto transgrediendi vota, deserendi Religionem, & grave prajudicium inferendi Communitati.* Et la Cr. cit. cum Eliz. dicit, *quod ex transgressione Regularum non obligantium ad peccatum aliquod magna sequeretur laxatio in Religione, & in Religioso grave periculum transgrediendi vota, maximè quo ad castitatem; nam si spirituallia negligantur vix potest vitari ruina.*

Sed si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est. Spiritus S. Eccli 10. 8. aperte dicit: *Qui tollit sepem, mordebit eum coluber:* Quod communiter applicatur Religioso, qui si tollat sepem Regularum, & Constitutionum ad mortale non obligantium, per earum transgressionem mordebit eum peccatum mortale circa vota. Et Eccli 19. *Qui spernit modica, paulatim decidet.* Quod communiter explicatur sic: *Qui frequenter cadit in venialia, & de illis non curat, paulatim decidet in mortalia.* Sed & idem est de transgressione Regulatum, & Constitutionum nec ad veniale obligantium, quia hoc etiam est spernere modica. Et in hoc sensu etiam illud Eccli. 19. explicat Rondiq. in exerc. perfec. p. 3. tr. 6. c. 5.: *Et tanto magis, quod licet aliquæ Regulæ, & Constitutiones nec ad veniale obligent, in praxi tamen earum transgressio est ordinarie peccatum saltem veniale, quia vel non adest justa causa eas non observandi, vel intervenit negligentia, otiositas, libido, inobedientia, aut pravum alii exemplum relaxandi regularem disciplinam.* Castrop. tr. 16. disp. 4. cum D.Th. & Suar. Valsq. Sanch. Laym. Peyr. tom. 1. q. 1. c. 5. §. 2. cum D.Th., Cajet. Valent. Ledesm. Sanch. Dicast. Lef. Suar. apud la Cr. lib. 5. n. 214.

6. Ergo in praxi jam talis Religiosus habens consuetudinem transgrediendi Regulas, & Constit. ad mortale non obligantes,

24 Cap. II. Quomodo se geret Confes.

tes, mortaliter peccat, & in mortalia decidet; & oppositum dicitur
se est contra experientiam, & rationem, ait Pinam.cit.

7. Concedo tamen, quod non statim ac Religiosus incipit
transgredi tales Regulas, & Constit. incurrit talia pericula proxi-
ma, nec peccat mortaliter; nam aliqui citius, & intra non
longum tempus, alii tardius, & non nisi post aliquot annos de-
cidunt in mortalia. Sed ex una parte terrible est, quod notat
Pinam.cit., quod scilicet talis Religiosus antequam cadat in ma-
nifesta peccata mortalia, cadere solet in multa mortalia occulta.
Igitur ipsem Religiosus laxate vivens crederet, se esse in gratia,
& Deus scit a quanto tempore illam amisit. Ex alia parte quis
scit, si citius, vel tardius cadet in mortalia, cum jam paulatim
decidet, & mordebit eum coluber? Absoluto ergo concluden-
dum, quod Religiosus consuetudinem habens transgrediendi
regulas, & constitutiones ad mortale non obligantes, mortaliter
peccat, quamvis initio relaxationis, seu tepiditatis, & per ali-
quod tempus plus, vel minus, usquedum non magis augeatur
tepiditas, nec peccat mortaliter, nec sit in periculo proximo pec-
candi mortaliter. Et ita intelligi debet D. Th. 2. 2. in tota q. 186.
quod scilicet Religiosus iste non peccat mortaliter quantum est
formaliter ex transgressione talium Regularum, & Constit.; nam
peccata venialia quantumvis multiplicata non faciunt unum
peccatum mortale integraliter, ut docet D. Th. 1. 2. q. 88. art. 4.:
Sed in praxi per ipsum D. Th. 1. 2. q. 83. art. 3. venialia ad mortale
disponunt: & 2. 2. q. 189. art. 9. solum dicit, quod transgressio
Regularum, quae sunt extra vota, & pracepta, non est peccatum
mortale, ut verum est; sed de longa consuetudine illa transgre-
diendi nihil dicit.

8. Unum hic subdo, quod sive in prima sent., sive in secun-
da certum est, peccare mortaliter Religiosum, qui proponit non
curare de perfectione, vel in corde suo dicit: Satis actum est: in
hoc statu maneamus: Quia hoc est directe contra obligationem
tendendi ad perfectionem. Lez. tom. 1. c. 1. n. 10. Salm. cit. cum
Sanch. Pellez. Lez. Garcia. S. Antonin. Bartholomeo a S. Fausto. Qui
omnes sunt, & citantur pro secunda sent.

9. Confessor moneat Religiosos, & Moniales de utilitate, &
necessitate meditationis, quae est medium valde principale ad
perfectionem acquirendam, quamvis ad meditationem Religio-
sus,

eum Religiosis, & Monial. quantius ad Eccl. 2.

Ius, & Monialis teneatur solum prout Constit. obligant. At in prae-
xi meditatio videtur necessaria ad perfectionem. Lex. de ref. c. 3. 4.

Quæres 2. Quomodo se geret Confessor cum Praelato Regulari?

1. R. Quia Jo: 21. Dominus dixit Petro: *Pasce oves meæ* sub mortali tenetur Praelatus Regularis subditos pascere exemplo, instructione, correctione: & cum *integritas Presidentium facilius sit subditorum ex Trid. sols. 5. de ref. c. 1.*, debent ita Praelato esse omnes virtutes, sed ingens in primis charitas erga Deum, & erga subditos propter Deum; nam prius Dominus dixit: *Petre, amas me?* Et sic qui praest non se existimes papestate dominante, sed caritate ferviente felicem. D.P. Aug. in reg. Et Praelati se non ad propria commoda, non ad divisiones, aut latarum, sed ad labores, & solicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant. Sels. 25. c. 1. Omnes fere malum in Praelatis ex amore proprii commodi, & quietis. At quies negligens, & otiosa non est pax, sed bellum cum Deo.

2. Praelatus sub mortali tenetur etiam vitam, si opus est, exponere tum pro bono com. spirituali, tum in gravi subditi necessitate spirituali, licet non extrema: *Bonus Pastor Animam suam de propriis suis: Jo. 10. Com. cum D. Th. 2. 2. q. 26. a. 5.* cum pro vita corporali subditorum, non tamen ordinario pro vita unius. Et nisi procuret magis commodum temporale com., & particulariter subditorum, quam proprium, mortaliter peccat. Acta Sp. S. Peyr. Tenetur sub mort. cum periculo vitae corripere subditum, si sit spes emenda. Com. Excusatur quandoque, ut c. 2. q. 7. n. 4. Sub mortali tenetur inquirere subditorum peccata, ut corripiat. D. Th. 2. 2. q. 33. a. 2. *cum certissimum sit, non admitti Pastoris excusationem se lupus oves comedit.* & Pastor recessit. Sels. 6. de ref. c. 1. Sed, nec minimis anxiis, nec de aliquo in specie inquirat sine iudicio. Nulli imponat ut sibi mala, quæ viderit, refecar, ne odia, & jurgia oriantur; nec referenti facile credat. Factiones vero omnino dissipet.

3. Praelatus Regul. non sit totus in minimis graviora negligens. Tenetur sub venialibus, & sub mort. corripere tegetue venialibus, & defectus, quibus pax turbatus, vel regularis disciplina valde laxatur. Com. Exemplum dat la Croix de silentio, sine quo in Monasteriis quis poterit quiescere, studere, orare, meditari?

4. Tenetur sub mortali in suo Monasterio personaliter residere, ut gregem pascat. Com. sent. ex Trid. loc. cit. & sels. 23. de ref. c. 1. Nec eum excusat parva familia sui Monasterii. *Quis dimisisti 99. oviis in deserto, non querit unum, quem penetrat, donec invenerit*

266 Cap. II. Quomodo se geret Confess.

venia habeat? Luc. i. 5. Quanđ magis Pastor ipse non debet vel unam defecere? Potest tamen abesse, si christiana charitas (ait Trid.), argens necessarios, debita obediens, ac evident Ecclesie, proprias, vel Universalis, vel Reip. utilitas id exigat. In quibus casibus sequitur licentia Generalis, vel allorum juxta proprias Conf. Extra diuersas causas potest abesse non plus quam per duos, vel tres menses in anno, continuatim, vel interrumpit, & sine licentia nisi obstante proprijs Conf.), si aqua ex causa fiat, & absque alio greater detimento; ultra quod tempus non potest abesse sine licentia Papæ. DD. ex Trid. cit.

5. Justitia, clementia comite, est Prelato pernecessaria. Hinc male agit qui eam pro reo rogat, nisi id vere charitas postuleret. Justitia valde necet acceptio personarum, qua Prelatus non respicit iniurias subditorum, sed suum cōmodum, genium, amicitiamque peccatum mortale. Ant. a Sp. S. cum Lef. Salon. Vide c. 10. n. 10.

Ded ne justitia erat fortitudine est accessoria. Hanc recta conscientia prestat. Fagit impius nemine persequente; justus autem tangasam Leo confidens absque terrore erit. Prov. 18.

6. Prelatus maxime opus habet prudentia, non mundana, sed spiritualis, qua videat, an res sit bona, an hic, & siunc expediat. Prudentia acquiritur lectione, experientia, ac consilio Seniorum sapientum. Prelatus sit docilis; nam quando expedit sapientis est mutare consilium. Si non jute Conf., montis Spiritus S. Prov. 3. Prelatus sine consilio nihil faciat. Sed de consilio prius sciat, an justitiae zelo, vel passione ducatur. Eccl. 37.

7. Prelati maiores sub mortali tenentur ex Bull. Innoc. XI. curare, ut in pno saltem Monasterio cujusque Prov. vita com., regulæ, const. &c. exacte serventur; ubi Novitiū vestimenta sunt, & professi educandi. Verum tam ipsi, quam Prelati locales respectivè sub mort. procurare tenentur, ut & in aliis Monasteriis fiat vita com., nisi vere egestas excusat. Prelatio ergo onus est Angelicis humeris formidandam. Trid. Et judicium durissimum his, qui præsumi, fiet. Sap. 6. Cum Christof. ergo miror, an fieri possit, ut aliquis ex Rectoribus salmas sit. At Prelati locales, reliquo aliis temporali, ut c. 2. q. 6. n. 4., de spirituali magis curare debent; & maxime ut subditi incumbant orationi, & studio, a quibus carera pendent; nam ex Peyr. negligens Superior est qui, reliqua Vicario cura de spirituali, ipse temporali incumbit. Et quid prodest insignia habere Monasteria, vel magnifica Tempula sine copia bonorum

norum, & prudentum Confessoriorum, vel Concionatorum?

8. Cum autem Prælati sint Patres communes, paternus eorum amor, & cura non debet Conversos, Oblatos, & similes personas prætermittere. Iste enim sunt verò Religiosi, etiam si solum vota Simplicia fecerint, & expelli possint, ut alibi dicetur, & ideo ut Religiosi inservientes tractari debent. Sed præsertim Superiores curare debent (& idem dicit de Abbatissis respectu Conversarum) ne Conversi, Oblati, &c. taliter corporalibus servitiis sint occupati, ut nimis graventur, & meditationi, aliisque spiritualibus exercitiis vacare non possint. Recordentur Superiores decreti Clem. VIII. supra cit. pro reformat. Regularium n. 10. Omnes, etiam Superiores, quicumque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemque obsovio, sive eadem, ut ajunt, pitantia, in communi mensa, prima, vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur. Sed non obliviscantur, quoniam iudicium durissimum his, qui præfunt, fieri. Sap. 6.6. Sed & ex alia parte ubi non est abundantia, non est observantia; ait D. Bern. apud Perez. in regul. S. Bened. c. 32. n. 7.

9. Superiores omnes Regulares deberent saepe studere de statu religioso, & præsertim in volum. I. Laur. de Peyrinis.

Quæres 3. Quomodo se geret Confessor cum Procuratore, OEcono, & similibus Officialibus?

R. De his dicetur cap. 3. n. 45. Sed hic unum dico. Si videat Confessarius, quod dicti officiales nimis parce trahent Religiosos, debet illis ante oculos ponere, quod si Prælati, & ipse Summus Pontifex non sunt domini, sed dispensatores, & administratores bonorum Ecclesiarum, multo minus ipsi Officiales domini fungitur Monasterii; & ideo male agerent, si, ut ait Peyr., cum mathematica mensura res non suas, sed Monasterii, visceri scilicet, & alia necessaria Religiosis ministrarent cum dedecore Superiorum, & multoties contra eorum intentionem, cum Religiosorum detimento, & cum illaqueatione propriae conscientiae.

Quæres 4. Quomodo se geret Confessor cum Capitularibus?

R. Capitulum negotiorum, & aliarum rerum, que ibi transstantur, est scopulus, in quem plurimi Religiosi, & Moniales solent offendere cum propria conscientia illaqueations. Hinc caueant Superiores, vel Abbatissæ, ne expresse, vel tacite pro-

priam intentionem innuant cum coarctatione libertatis alienum , & multoties cum gravi præjudicio Monasteriorum , quia sic posseat esse multa capitula nulla , multa peccata , multæ obligationes restitutionis . Confessor igitur in hoc quantum ad Superiores se regulare debet, prout in cap.de prud.Confessarii n.10. quantum vero ad subditos , debet eos monere de propria obligatione ; cui si satisfacere negligant , se regulabit prout dicetur in cap.4. de occasione proxima n.13. Et hic notandum ex comm. doctrina , quod licet illi , qui in numero sufficienti ad concludendum aliquid sunt priores ad ferendum suffragium cum gravi damno Monasterii , vel alterius , teneantur ad restitutionem , & non posteriores ; omnes tamen dantes in tali casu votum affirmativum mortaliter peccant , quia omnes concurrunt ad rem malam . Et Religiosus capitularis prævidens , quod suo voto possit impeditre grave damnum Monasterii , si sine justa causa a Capitulo se absentat , mortaliter peccat contra charitatem ; non tamen tenetur restituere , nisi sit superior Monasterii .

Quæres §. Quomodo se geret Confessarius cum ambientibus?

I. R. Hæc notabit . Quamvis ambitione de se non sit peccatum mortale , frequentissime tamen est peccatum mortale . I. Ratione modi illiciti , ut si Religiosus appetat prælatias , vel officia aliqua per simoniam , subornationes , dolos , & fraudes . II. Ratione finis mortaliter mali , si appetat prælatiam propter vindictam , quam cupit sumere de aliquo , propter cupiditatem pecuniarum , &c. III. Ratione gravis nocimenti , quod inde sequitur Communia , quæ privata remanet dignioribus Prælatis . IV. Si in tali dignitate , vel honore ponatur ultimus finis , si scilicet , ut illa obtineat , velit etiam peccatum admittere mortale . V. Si appetat dignitatem , & honorem , cuius ipse indignus , vel minus dignus est quam alii . Immo si talis dignitas , & honor re ipsa obtineatur , multoties adeat obligatio restitutionis , ut in sequenti quæs. Adde , quod ambitiosus , etiamsi alias esset sanctus , ex ambitione redditur indignus . C. Principatus 1. q. 1. Lez. tom. 3. n. Ambitio num. 2. cum Barb. Quod quidem cap.cit. deberet pro regula esse Electoribus , ut eo ipso , quod quis dignitatem , & honorem cupit , petit , vel pro ipsis obtainendis intercessores ponit , ab ipsis sit exclusus . Sed mitum est , quomodo aliqui Religiosi in re tam periculosa tam securi ambient , cum Capones cum tanto sigo .

rigore procedant. Nam ex c. Cum post petitam de electi. & electi potest. colligitur, quod electio illius, qui requisitus ante electionem consentit electioni in sui personam facienda, priusquam fiat, est cassanda. Et ratio decisionis est, quia iste presumitur enormiter ambitiosus. Lez. tom. 2. c. 12. n. 43. cum Sylv. Castellin. & aliis. Quare sic requisitus ante electionem nullatenus potest dicere, *accepto, consentio, annuo*, vel quid simile; cassari enim deberet electio illius propter haec verba. Debet ergo resistere, vel contradicere, vel saltem negative se habere verbis indifferentibus, ut dicendo: *Fiat voluntas Dei, faciam quod Deo placuerit, non resistam voluntati ipsius*, vel similia. Lez. tom. 3. v. Ambitio n. 5. cum Tamb. de jure Abb.

2. Lez. tom. 3. v. Ambitio n. 4. ait: *Vix video aliquem casum, in quo licite, & honeste Religiosus appetere, aut procurare possit prælatias, nisi quando ex præcepto charitatis ad id tenetur; quando scilicet Electores parati sunt eligere aliquem positive indignum, aut perniciosum communitati: tunc enim propter bonum commune charitas arget, ut dignus prælatia se offerat Elec toribus.*

3. Clemens VIII. in decr. de reformat. Regul. sic statuit: *Ut omnis officiorum ambitus occasio præcludatur, caveant omnes a directa, vel indirecta vocum, seu suffragiorum procuratione, tam pro seipsis, quam pro aliis, tum in Capitulis locorum, tum in ceteris, præsertim Generalibus Capitulis, aut Congregationsibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, præter alias penas, & censuras batentibus contra hujusmodi ambientes infictas, quas in suo robore permanere volumus, in penam privationis officiorum, quae obtinent, eo ipso incident, & ad futura quacumque pariter inabiles habentur: super quo cum eis dispensuri a nemine possit, nisi a nobis, vel successoribus nostris; & pro qualitate culparum gravius etiam plectantur. Purro supradictas omnes penas ad complices, ac simpliciter scientes, & non revelantes extendimus.*

4. Hoc tamen decreto, & aliis similibus non obstantibus, possunt Electores procurare, quod dignitates dentur dignis, & indigni excludantur, quia Pontifex solum intendit prohibere Officiorum ambitus. Lez. tom. 1. c. 15. n. 24. cum Nav. Peyr.

5. Possunt etiam Electores secum de qualitatibus eligendorum tractare, virtutem manifestando, & virtutes, servata tamen justitia,

justitia , charitate , & veritate cum recta intentione , ut dignior eligatur ; quia hoc est rationi consonum , & necessarium. Pontifices autem , & Constitutiones Religionum pœnas taxantes contra subornatores in electionibus , loquuntur solùm de illis , qui precibus , vel donis suadent aliis , ut dent vocem quibusdam ob passionem , vel inuste menticendo vicia , vel virtutes eligendorum. Lez. loc. cit. cum Rodriq. & tom. 3. v. Ambitio cum Azor. Boss. Thesaur.

6. Hic nota ex Fel. Pot. fol. 137. a n. 1256. quod tunc quis dicatur subornare , quando donis , promissis , comminationibus , & obsecrationibus importunis , aut laudibus importunis conatur aliquem inducere , ut sibi , vel alteri suffragium in electionibus ferat , vel qui his modis colligationem fecerit . Non est autem subornatio si quis laudet , consulat , & conferat civiliter in ordine ad sanctam electionem dignioris. Colligatio vero tunc est , quando quis , non zelo boni publici , sed ut de electione disponat , alias Electores allicit , & inducit , ut secum permaneant.

7. Pœnae subornantium dictæ sunt n. 3. & ulterius videas quisque pro his propriæ Religionis Constitut. In nostra Congregatione quantum ad hoc nullæ sunt pœnae præter positas a Pontifice hic n. 3. Sed quisque debet etiam respicere ad pœnas simoniz , quando hæc intervenit cum subornatione .

8. Ulterius in pluribus Religionibus prohibitum est sub variis pœnis Religiosis recurrere ad personas extra suam Religionem pro consequendis honoribus , dignitatibus , aut gratiis in ipsa , ut apud Lez. tom. 1. c. 10. n. 17. Qui cap. 18. n. 82. refert varias pœnas , & censuras Prælatis aliquarum Religionum impositas , qui intueri extraneorum , ad quos Religiosi recurrent , dignitates , & officia concedunt. Sed præsertim pro nostra Religione adest privilegium Pauli Y. in Bullario nostro fol. 373. motu proprio , & certa scien-
tia contra nostros Canonicos cujuscumque gradus , & dignitatis , qui ad prælaturas , gradus , honores , dignitates , & administratio-
nes , functiones , & alia officia dictæ Congregationis asequenda in-
tentis , ad Principum , Prælatorum , Cardinalium , etiam Regum ,
& Imperatorum , ac aliarum quarumcumque personarum , tam se-
culiarum , quam Ecclesiasticarum de gremio dictæ Congregationis
non existentium favores recurrent , vel etiam pactis , pollicitatio-
nibus , aliisque viis directe , vel indirecte ad prælaturas , gradus ,
bund-

bonores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinenda aspirant, vel aliud mindis legitimis, & honestis rationibus ea obtinere querunt, aut etiam sponte oblatis, & minime conquistis utuntur; illorumque complices, & fautores ad quoscumque prælaturas, dignitates, & officia, gradusque, honores, administrationes, & munera in ipsa Congreg. obtinenda perpetuè in babilis Pontifex declarat, ac obtentis per eos prælatus, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis dujusm. eo ipso privat, ac privatos voce activa, & passiva carere declarat. Ac in virtute S. Obed., & sub excommunicationis lata sent. pœna omnibus Ordinis prædicti Canonis, Superioribusque, & Prælatis, etiam Abbatii Generali, præcipit, districteque mandat, ne quenquam ullo tempore precibus, literis, vel favoribus adducti, seu alias ad instantiam, vel contemplationem Principum, vel Prælatorum, aut aliorum quorumcumque, tam scalarium, quam Ecclesiasticorum extra dictum gremium existentium, etiam Cardinalium, Regum, Imperatorum, ad cuiusvis generis prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia prædicta Congreg. promovere, vel pœnas aliquas remittere auerterent, seu præsumerent.

9. Sed nota, quod si Religiosus impetrasset ab aliquo extraneo literas favoribiles pro consequendis dignitatibus, & officiis, sed postea pœnitentia ductus, vel ex alio motivo illas non dedisset, vel ex alia causa literæ non pervenient ad manus Prælatorum, non incurrit dictas pœnas, quia non sunt sortitæ efficiunt. Lez. tom. I. c. 15. n. 27. cum Nav., & Peyr.

10. Religiosus simoniam committit si dat temporale aliquod munus a manu, vel a lingua, vel ab obsequio pro consequendis dignitatibus, vel officiis ecclesiasticis, V. G. Abbatia, Prioratu, Provincialitu, Diffinitoriatu, sive etiam pro licentia confessiones audiendi, prædicandi, ordines recipiendi, a casibus reservatis absolvendi, vel pro officio Sacristæ, Procuratoris, &c. Lez. cit. n. 28. cum Suar. Peyr. . Peyr. cit. §. 9. cum Suar. Ratio est, quia dare temporale pro spirituali semper est simonia cum. Similiter dare temporale pro obtinenda voce, seu suffragio in electionibus est simonia. Lez. & Peyr. cit. Præterea si alius dedit pecuniam sciente illo, cui officium procurabatur, & non contradicente, electione est simoniaca. Lez. cit. cum Suar. . Peyr. cit. cum Suar. & Gl.

32 Cap. II. Quomodo se geret Confes.

in c. Sicut enī v. præbere. Sed nota, quod in simonia pactum pōs-
test esse explicitum, vel implicitum.

Quæres 6. Quomodo se geret Confessor cum Electoribus, &
Electis?

1. R. Hæc notabit. Ex decreto Clementis VIII. confirma-
to, & innovato a S. Congreg. iussa Urb. VIII. sic præcipit ut
omnibus cujuscumque Ordinis Regularibus. In Superioram, &
Officialium omniam electionibus forma præscripta a S. C. Trid.
& Ordinis Constitutione inviolabiliter servetur; jurentq[ue] Electores
secundām veritatem cujusque conscientia probiores, ac magis
idoneos se electuros; ac propterea priusquam ad electionem deve-
niatur, in primis, & ante omnia prælegantur Constitutiones de
qualitate, & requisitis eligendoram. Ad officia, gradus, & pre-
laturas illi præcipue elegantur, qui possint, & consueverint re-
gulas Ordinis, & Constitutiones observare, præfereant quæ per-
sinent ad servitium ebori, ac vestitum, & vittum commagem.

2. Eligendus ad aliquam dignitatem, seu prælaturam eccl[esiasticam] debet esse aliis sanctior, & doctior. DD. communites
cum D. Th. 2.2. q. 185. art. 3. Et ita habetur ex c. Vilissimus 1.
q. 1. & c. Licet ergo 8. q. 1. Unde Elector illum judicabit dignum,
qui ultra legitimam ætatem æstimatur vir probus, Scientia ful-
gat, & virtutes habet, quas D. Paulus ad Timoth. 3. in Episcopo
requirit; atque nullum vitium habet ex illis, quæ ibi A postolus
vult ab Episcopo abesse; ac ulterius, loquendo intra Religiones,
habet quæ requirantur per Ordinis Constitutiones. Ille e contra
est indignus, qui non habet dicta requisita, & qualitates, ut su-
pera. Illum autem judicabit dignorem, qui omnes scientia, &
sanctitate præcellit. Peyr. tom. 1. q. 1. c. 31. §. 1. qui bene notat,
totum malum Mundi esse, quod nemo se indignum, & insuffi-
cientem æstimat.

3. Ille quantum ad hæc dicitur melior, & dignior secun-
dum D. Th., non qui est melior in se secundum charitatem, sed
qui est melior quoad regimen Ecclesie; qui, scilicet, posset, Ec-
clesiam instruere, defendere, & pacifice gubernare. Unde si ad sic
vir literis clarissimus, & prudentia quantum ad suam personam
conspicuus, qui tamen sit vel aliis implicitus negotiis, vel forte
non publicis negotiis aptus, de quo non est tanta spes, quod præ-
dicabit, vel gubernabit secundum suas dotes, & sit alius, id est

non

non talibus dotibus exzellens, de quo tamen speratur, quod cu-
ram, diligentiamque adhibebit ad suum munus exequendum,
iste est praferendus illi. Peyr. cum Sot.. Lez.tom.1.c.15.n.12.cum
D.Antonin..Sot.. Don. tom.2. de eligendis tr.s. q.3.cum D. Th.
Sot. Ad hæc debent attendere Electores, non ad perpetuandum
iplorum Prælaturam, vel saltem auctoritatem.

4. Caveant tamen Electores, ne sub hoc prætextu viros pro-
bos, & doctos prætermittant dicendo, quod homines speculativis
scientiis dediti non sunt apti pro œconomia; nam hoc dato, dico,
quod quoad œconomiam suprintendentia spectat ad Superiores
locales, exercitium autem illius spectat ad Procuratorem, O Eco-
nomum, & ad Depositarium. Ex deer. enim Clem. VIII. pro re-
format. Regular.habetur: *Nullus ex Superioribus locorum ad-
ministratione m̄ bunorum, aut aliarum rerum, dispensationemque
pecuniarum, & reddituum sui Conventus, etiam nomine Con-
ventus per seipsum habere, sive exercere possit, sed universa
id onus tribus Fratribus ejusdem Conventus a Generali ita de-
mandetur, ut unus &c.* Et Scriptura, Concilia, Pontificum de-
creta, SS. PP., & Religionum Constitutiones doctrinam, & san-
ctitatem requirunt in illo, qui Prælatus, Episcopus, Papa eligi
debet, non autem œconomiam.

6. In quacumque electione, sive ad dignitates, sive ad offi-
cia Electores tenentur eligere digniorem & aliter mortaliter pec-
cant, ut pater ex verbis decreti Clementis VIII. supra, & ex
obligatione juramenti. Don. tom. 2. de Elect. tr.4. q.25. cum D.
Th., & omnibus Thomistis. Lez.cit.cum D.Th.Sot..Peyr.cit.s.4,
cum D.Th., & aliis communiter. Ratio est, quia qui eligit di-
gnum reliquo digniori, peccat contra justitiam commutativam,
& distributivam.

7. In foro exteriori semper ac electio facta est in persona di-
gni, licet non dignioris, valet; alias quælibet electio calumniis
effet subjecta. Lez., & Peyr. cit. cum D.Th.Sylv.Sot.. Don. cit.
cum D. Th.

8. Verum eligere dignum, & non digniorem aliquando
potest esse peccatum veniale ob parvitatem materiæ; si scilicet sit
exiguus excessus inter personas eligendas, vel inter dignitates,
ad quas sunt eligendi, vel quando munus, ad quod quis est eli-
gendus, est parui momenti. Lez.& Peyr. cit. Neque obstat viola-
tio juramenti dati de eligendo digniori, quia juramentum pro-

misiōrum per multos DD. in re levi non obligat sub mortali
Quantum ad impletionem iuramenti.

9. Quando Electores omnes vellent eligere minūs dignum
relicto digniori, possum pro bono pacis conservando credere, il-
lum esse dignorem, & me illis conformare. Lez. cit. n. 14. cum
Baiez. Peyr. cit. §. 2. cum Cajet. Vega. Baiez. Don. cit. q. 27. cum
aliis.

10. Immo Elector potest, & tenetur eligere minūs dignum,
dimisso digniori, si aliis ipso volente eligere dignorem pericu-
lum sit, quod electus remaneat indignus. Don. cit. q. 27. cum
Conr. Castell. Dian. Pasqual. Lez. Et juramentum datum de di-
gniori intelligitur, si possum illum eligere, habita ratione ma-
joris utilitatis Ecclesie.

11. Qui eligit indignum semper peccat mortaliter. Don. cit.
q. 26. Peyr. cit. cum D. Th. Sot. Salon. Ledesm. Rodr. Regin.. Lez. cit.
cum Sot. & sequitur a fort. ex dictis n. 6. Ratio est, quia Elector
peccat tum contra iustitiam distributivam, qua tenetur bene-
meritis distribuere gradus, & honores: tum quia peccat contra
iustitiam commutativam, cum non provideat bono communio-
nisci tenetur ex officio.

12. Immo eligentes indignum sunt participes omnium pec-
catorum a Prælato indigno commissorum, quæ etiam ipsis Elec-
toribus imputantur. Don. cit. q. 26. Lez. cit. cum Rodr.. Peyr. cit.
cum Nav. Nald. Graff. Et habetur ex Concilio Trid. fels. 24. de re-
format. c. 1. docente, eos alienis peccatis communicantes mortali-
ter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesia magis utiles ipsi ja-
dicoverint, præfici diligenter curaverint.

13. Ulterius eligentes indignum Prælatum incurunt cen-
suram suspensionis contra illos latam e. cum in cunctis §. fin. de
elect. Lez. cit. cum Nav. hoc est, pro illa vice sunt privati potestate
eligendi ipso facto in vice immediate sequenti, ut docet Don. cit.
cum Gl. ex c. cum Witon. 25. expresse.

14. Licet ex decem Electoribus, qui sunt in uno Capitulo
novem concurrant de facto ad eligendum indignum, ego qui
sunt ultimus, & certe scio, quod denegando suffragium, nihil
possum proficere, nullo modo possum me aliis conformare, &
dare suffragium favorable, quia nunquam licet formaliter coo-
perati peccato: & cum eligere indignum sit intrinsece malum,
nulla ratione potest fieri licitum. Lez. cit. cum Vasq. Peyr. cit. cum
Sot.

Sot. Valq. Balz. Vrga. Don. cit. q. 27. cum Lez. Peyr.

Deinde qui eligit indignum, & inde aliquod malum subsequitur Religioni, certe non damnum compensare eo modo, quo potest. Lez. cit. cum Sot. Nav.. Don. cit. q. 26. cum Sot. Nav. Rodr.. Busemb. lib. 3. tr. 5. c. 2. dub. 2. cum Leis. Fili. quia suo consensu per suffragium est causa effixa damni.

15. Si aliquis est eligendus in Praelatum, & ego Elector scio quod ipse sit mala conscientiae (non tamen ex confessione sacramentali), quamvis ejus delicta sint occulta, debo illa ceteris Electoribus manifestare, si perniciosus esset Communilitati; servatis tamen regulis charitatis, si scilicet aliud remedium non adest; nam bono communii strictius tenetur consulete, quam secretum servare. Si autem non est fucurus perniciosus Communilitati, sed aliquibus tantum, & in rebus non magni momenti, debo servare secretum. Lez. cit. n. 15. cum Rodr. Peyr. cit. §. 3. cum Nav. Molin. Castellin. . Don. tom. 2. de Elect. tr. 4. q. 24.

16. Electores committunt simoniām, si conventionem, seu pactum faciunt, quod unus suffragetur uni in una electione, & alter suffragabitur in alia: ut si dicant: *Si dederis mibi, vel aliis suam votum, ego dabo meum tibi, vel amico tuo.* Lez. cit. n. 29. cum Nav. Regin.. Peyr. cit. §. 9. cum Nav. Ang. Sylv. Rodr. Regio.. Fel. Pot. fol. 136. Don. tom. 2. de election. tr. 1. q. 22. Et probatur ex pluribus Juribus, & præsertim expresse ex cap. De hoc autem de simonia: & ex cap. Quæstitum de rerum permutatione; ubi definitur, quod semper continet simoniæ labem datio rei spiritualis pro alia spirituali, interveniente pacto.

Et probatur ratione, quia initis conventionibus datur ius spirituale cum onere, ut fiat aliquid, quasi pro precio rei spiritualis, vel tanquam causa proxima eam habendi.

17. Licet autem Fel. Pot. admittat licitam, & expedientem esse primum descriptarum electionum, reali promissione seclusa, sed tantum per modum convenientiarum, & concordationis electionum faciendarum ad terminandum tractatum electionum, dico, quod speculative loquendo id verum est: sed in praxi difficultimum est, & cum magna cautela agendum esset, tum in frænando pravos animi simoniacos motus, tum in verbis, ne aliquod intercedat saltē implicitum pactum.

18. Minaus dignus peccat mortaliter concurrendo cum ma-

infeste digniori , quia petit , quod alteri est debitum . Et hoc verum est , etiam si revera interne nolit Praelaturam , sed solum concurrat honoris causa . Lez.cit.cum Nav.Peyr.

19. Dignus electus , omisso notabiliter digniori , non peccat mortaliter si talem electionem jam factam acceptet , quia electus , ut acceptet , non debet se aliis reputare meliorem (hoc enim effet superbum , & presumptuosum) ; sed sufficit , quod in se ipso nihil inveniat , per quod illicitum ei reddatur assumere prælacionis officium , ut docet D.Th.2.2.q.185.art.3.Don.tom.2.de Elec-

tis tr.6.q.9.cum D.Th.& Cajet.

20. Indignus peccat mortaliter consentiendo sua electioni , quia consentit actioni intrinsece malæ . Si autem sit electus ob necessitatem , quia scilicet non adest alius melior , non peccat acceptando ; sed sub mortali tenetur se reddere dignum .

21. Etiam occulte excommunicatus , suspensus , personaliter interdictus , vel irregularis non potest eligi ad Praelaturam , & si eligatur , electio est ipso jure nulla , ut communiter DD. apud Peyr. tom.2. q.2. c.5. & apud Don.tom.2.de eligendis tr.5. Sed difficultas est , si aliquis habens occultam censuram , vel irregularitatem , eligatur ad Praelaturam , quid debeat facere ? Aliqui dicunt , hanc difficultatem non habere locum in electionibus Religiosorum , quia vel Praeses Capituli solet (ut bene esset) absolvere , & dispensare ad hunc effectum , antequam electio fiat , vel solet hoc facere Superior in literis patentibus . Hic tamen notandum cum DD. quod irregularitas non tollitur per absolutionem a censuris , cum non sit censura , sed debet esse dispensatio ab irregularitatibus : unde non sufficit dicere : *teque absolventes ab omnibus censuris* ; sed debet addi , & *dispensantes super irregularitatibus , si quam , vel si quas incurristi* . Don.tom.2. de eligendis tr.5. q.19. cum Nav. vel saltem detur absolutio ab omnibus censuris , & paenitentia , quia irregularitas etiam est pena . Peyr. tom.2. q.2.c.5.6.3.contra Nav. quem ipse explicat .

22. Sed si electus non sit absolutus , vel dispensatus modo dicto , debet ipse secretè petere absolutionem , vel dispensationem a censuris , vel irregularitatibus , antequam acceptet electionem . Si hoc non potest , debet quantum potest , resistere , & non acceptare electionem . Si cogatur acceptare electionem , debet manifestare Electoribus suum defectum , vel impedimentum , si ex ejus mani-

manifestatione non potest sequi scandalum, aut gravis infamia sibi, vel alteri, ut colligitur ex c. innocentie 20. de elect. Et ita docet Don. tom. 2. de Eleccis tr. 6. q. 10. Peyr. tom. 2. q. 2. c. 5. n. 6. Lez. tom. 1. c. 1. q. n. 38. cum Sorbo. Rodr. Si autem gravis infamia sequatur, postquam restitit quantum potuit, potest acceptare, & interim dispensationem quamprimum impetrare. Ita DD. cit. cum aliis apud ipsos.

Quæst 7. Quomodo se geret Confessor cum Visitatore, & cum Religiosis visitatis?

1. R. Hæc notabit. Generalis, & Provincialis, seu Visitatores tenentur visitare omnia Monasteria sibi subiecta; alijs non possunt eorum reformationi incumbere. Ex Conc. Trid. Sess. 2. c. 20. Hæc obligatio est de jure naturali divino. S. Th. 2. 2. q. 83. art. 2. & Cajet. ibidem. Lez. tom. 1. c. 18. n. 68. & tom. 4. v. Visitator n. 3. cum Rodriq., & Fag. Tenentur visitare per seipso; si autem fuerint impediti, per alios. Ica ex pluribus iuribus Lez. tom. 1. cit. n. 92. & tom. 4. cit. Quod si Visitatores ex negligentia, aut otiositate omittent visitare per seipsum, mortaliter peccant, quia est gravis transgressio præcepti Conc. Trid. sess. 24. c. 3. & Sess. 25. c. 1. Lez. tom. 4. cit. cum Peyr.

Tenentur etiam visitare Conventus, in quibus resident, cum quantumvis vigilent supra eorum observantia, nihilominus plura ipsis abscondantur, quæ solùm præcepto, quod in visitatione ponitur, ipsis manifestantur. Lez. tom. 4. cit. cum Peyr. Gevan, & aliis.

Visitati tenentur sub mortali veritatem manifestare super interrogatis, ut patet ex præcepto, quod fit in intimatione visitationum, vel ex juramento; nisi interdum sint excusati, ut infra.

2. Tempore actualis visitationis totum regimen externum contentiosum Provincie, vel Conventuum, qui visitantur, pertinet ad Visitatores, & non ad Prelatos Provincie, vel Conventuum; qui tamen possunt exercere circa suos Subditos omnem jurisdictionem voluntariam, seu non contentiosam, dummodo id non perturbet, aut impedit officium Visitatoris. Jurisdictio contentiosa est, quæ inter contendentes, id est inter auctorem, & reum exercetur, ut facere processum, examinare testes, proferre sententiam, &c. Jurisdictio voluntaria est, quæ exercetur

serus inter volentes, & non contendentes cum aliquo, ut est absolutio sacramentalis, dispensatio voti, &c. Lez. tom. 2. c. 13. n. 28.

3. Dupliciter possunt Visitatores procedere in suis visitationibus. I. per modum inquisitionis generalis. II. per modum inquisitionis specialis. Primo modo procedere debent in visitationibus, quando visitant ex officio, & non ad instantiam aliquius. Secundo autem modo quando, vel ex inquisitione generali constat illis, aliquod crimen commissum esse ab aliquo Religioso, vel est alius, qui accusat, vel denunciat tale delictum, vel ad id vocantur Visitatores a Conventu, vel Provincia. Lez. cit. n. 5. Et notandum, quod inquisitio generalis est, qua in genere inquiritur, an Subditi servent leges, aut statuta Religionis, an committantur crimina, observetur regula, &c. Specialis vero est, cum de certa persona, aut de certo criminis instituitur investigatio. Lez. tom. 1. c. 27. n. 1.

4. Quando Visitatores procedunt per modum inquisitionis generalis non requiritur, quod præcedat infamia, aut clamorosa insinuatio de aliquo crimen, aut denunciatio seu accusatio; quia in hac inquisitione generali proceditur ex officio ob bonum commune Religionis, & non sit alicui injuria. Lez. tom. 2. c. 27. n. 2. cum aliis. Neque requiritur petitio juramenti a Religiosis de jure com., nisi aliter requirant Constitutiones illius Religionis. Lez. cit. cum Graff. In nostra Religione Constitutiones ordinant, quod Visitatores deferant juramentum. In hujusmodi inquisitione generali non sunt interroganda, nec a Subditis manifestanda, etiamsi juramentum datum sit, crimina occulta, nisi de illis præcedat aliqua infamia; alias tam Visitatores, quam Subditi mortaliter peccant. Lez. tom. 1. c. 27. n. 2. cum Suar.. Peyr. in Formul. lis. P. c. 9. cum Nav. Suar. & habetur in c. Qualiter, & quando ej. i. de accus. Quod si aliquod delictum occultum, de quo delinquens non est diffamatus, fuerit per aliquem, aut per aliquos indiscretos, sive etiam malitiosos in visitatione revelatum, non potest Prælatus per hoc delinquentem punire, neque alios interrogare, neque ad specialem inquisitionem devenire, etiamsi delictum probari possit, nisi prius probaverit, delinquentem de hoc infamatum esse. Peyr. cit. cum Bafiez. Sanch. Mirand. Rodriq. : & habetur in c. Inquisitionis §. Tertie dubitationis verb. Ad hæc nisi quis velit manifestate peccatum Prælato ut Patri, & secretè ad emendationem Fratris, quia tunc non requiritur, quod præcedat

cedat infamia. Lez. cit. cum Suar. Semper tamen in hoc casu praemittenda est correctio fraterna, si sit opportunitas, & spes emendare juxta ordinem correctionis fraternalis; nisi aliter in regula, & Constitut. illius Religionis ordinetur. Quod si iste calis non manifestar, ut Patri secretō, sed juridice denunciat, debent Visitatores specialites de hoc inquirere, quia tunc procedunt, non per inquisitionem, sed per denunciationem, ad quam non requiritur infamia, sed tantum monitio. Peyr. cit. cum Bafiez, & Mirand. Et etiam debent specialiter inquirere, si per inquisitionem generali constet, crimen aliquod ab aliquo subdito fratre commissum. Lez. cit. n. 4., etiam si inuste tale delictum sit manifestatum. Lez. cit. Sed aliquando Visitatores excusantur si non corriganter vel non puniant, si prudenter timentur scandalis, seditiones, recursus ad tribunalia extranea, &c. Lez. tom. 3. v. Judex n. 5. cum Cajet. Sanch.

5. Si delicta sunt emendata, nec adhuc amplius periculum probabile in illa recidendi, quia proxima occasio est subiata, non possunt a subditis absque mortali peccato denunciari. Praetatos, quantumvis hic practiceret, ea sibi denunciari; cessar enim finis denunciationis. Peyr. cit. n. 14. cum Mirand. Cord. Salon.. Alianas c. 6. §. 4. rubr. notat cum Mascal. quod post spatium trium annorum presumitur emendatio. Sed delicta licet emendata, si sint in damnum Communilitatis, denunciare tenentur illi, quibus ex officio incumbit, ut sunt Praetati locales, & Vicarii conventus, commodatatem, vel potestatem non habentes tales peccantes castigandi: nam ad istos pertinet cura Communilitatis, cuius valde interest, ne delicta etiam contra impunita maneat ob aliorum exemplum. Lez. cit. cum Rodriq. Peyr. tom. 1. q. 1. c. 16. post dico 3.

6. Visitatores, quando intimant visitationem, debent praesepere, ut omnes manifestent ea, super quibus fuerint interrogati: & hoc, ut omnes habeant tempus cogitandi, & peritos consultandi, quae dicere debeant, quae tacere. Peyr. cit. n. 7. Intimo debent tale preceptum declarare pro simplicioribus, quod scilicet non debent revelare peccata omnino occulta, de quibus nulla est infamia; alias laqueos iniuriant peccatorum suis subditis, & erunt causa, quod multi inuste infamenti, & multi multa peccata contra conscientiam erroneam committant. Lez. cit. cum Suar.

40 Cap. II. Quomodo se geret Confes.

Suar.. Peyr.cit.n.8.cum Nav. Soc. Sayr. Et colligitur aperte ex ea
Qualiter, & quando cl. i. de accus. in fin.

Si delictum non est emendatum, sed certò amendandum;
padem dic, quæ n. 5. & 6. Peyr.cit.n.14.

7. Si quis malum temporale, vel spirituale sibi timet ex denun-
ciatione, non tenetur denunciare, nisi adsit periculum gra-
vis damni. Communitatis: sic enim postulat ordo charitatis. Lez.
cit. cum Rodriq., Peyr.cit.

8. Non tenetur quis denunciat, si probabiliter prævidet,
quod Visitatores nullum apponent remedium, quia nullus te-
netur ad opus inutile. Lez. tom. 3. v. Judex n. 7. cum Sanch.
D. Antonin. Portel. Sylv.. Alinas cit. Cajet.de Alexand.c.6.§.4. &
ita in simili docet Bonac. de denunciat. cum Avil. Sylv. & aliis.
Idem dic si quis talia crimina audivit ab illis, qui jam denuncia-
verunt. Alin. & Cajet.de Alexand.cit. quia sic nulla additur major
probatio.

9. Non tenetur quis denunciare delictum, quod sub secreto
naturali ipsi a delinquente detectum est consilii, vel auxilii pen-
sandi gratia, etiam si contra delinquentem esset infamia, vel se-
miplena probatio, dummodo id, quod acceptum est sub secreto,
non sit in damnum temporale, vel spirituale Communitatis, vel
in grave dampnum alicujus particularis. Peyr. cit. §.3. cum Nav.
Lefs. Azor. Val. Regin.

10. Neque tenemur dicere, quæ audivimus a persona non fi-
de digna, vel appassionata, quia talibus non est credendum.
Lez.tom. I. c. 27. n. 2. Alin. & Cajet.de Alexand.cit.

11. Et nota, quod in casibus, in quibus licitum est celare
veritatem in judicio, non obstante quocumque juramento, vel
præcepto, vel excommunicatione, potest Visitatus aperte dice-
re, se non vidisse, id nescire, intelligendo, quod non vidit, nec
scit delictum, quod conatur manifestare in hoc judicio. Lez. cit.
n. 11. cum Nay.. Peyr.cit. cum D. Th. Cajet. Nav. Azor. Salzed. Val.
Lefs. Regin.

12. Visitatores in inquisitione generali, aut denunciatione
evangelica possunt solùm monere, minis terrere, coram duobus
vel tribus, si opus est, reprehendere, pœnitentiam secretam dare,
& alio remedio uti sine infamia denunciati; non tamen possunt
pupille. Lez.cit.n.3. cum Angel. . Peyr. tom. I. c. 16. Laym.
lib.

lib. 3. tr. 3. c. 4. La Cr. lib. 2. n. 212. & alii.

13. Tenetur Religiosi visitati sub mortali denunciare paternae Prælato omnia delicta Religiosorum, præmissa correctione fraterna, si fieri debeat juxta ordinem correctionis, & juxta regulas charitatis. Immo si fraterna correctione, vel paterna denunciatione Religiosus non est correctus, nec speratur corrigi, debent Religiosi ipsum iudice denunciare, si per testes idoneos delictum probari potest. Lez. cit. cum Nav. Graff. Multæ tamen causæ possunt ab hoc onere excusare, ut a n. 5., & ut videri potest apud DD. Morales de correctione fraterna.

14. Finis inquisitionis generalis est inquirere non solum de vitiis, & defectibus subditorum, sed etiam de illorum virtutibus, & scientiis, quia in omni bene ordinata Republica specialis providentia Gubernatoris est pena afficere malos, & præmio bonos, & quia ex Trid. ses. 24. c. 3. de reformat. scopus harum visitationum est bonos mores tueri, pravos corrigit. Peyr. in Formul. litt. P.c. 9. n. 15. Lez. t. 4. v. Visitator n. 6. Et cum Visitatores procedunt, non ad puniendum, sed ad habendam notitiam aliquius personæ, quæ est eligenda in Præletum, possunt de vitiis illius inquirere etiam si non præcedat infamia. Lez. cit. n. 7. cum Suar. Aret. A. Tamb.

15. Possunt Visitatores ad inquisitionem specialem procedere, quando delictum est notorium, etiam si malefactor sit occultus, nec ulla sit infamia, ut sit in omnibus judiciis. Lez. cit. n. 5. cum Nav. Salon. & aliis. Sed in hoc casu non sit inquisitio de particulari persona, nisi adsit infamia, vel alia, ut n. 16. sed inquisitur in communi. Lez. cit.

16. Non possunt Visitatores, regulariter loquendo, contra aliquem procedere per specialem inquisitionem, nisi præcedant infamia, sive clamorosa insinuatio, vel indicia manifesta, aut semiplena probatio. Lez. tom. 1. c. 27. n. 6. cum D. Th. Clamorosa insinuatio, vel est idem, quod infamia, vel est vox totius Populi, vel publicus rumor inter multos subortus. Semiplena probatio est unius testis oculari, & jurati, omnique exceptione majoris testimonium. Lez. cit.

17. Qui non denunciavit intra terminum præfixum visitationum, non tenetur, eo transacto, denunciare, quia præceptum denunciandi impositum a Visitatoribus solum videtur obligare pro tempore, quo duret visitatio, nisi aliud exprimant. Lez. cit. n. 9. cum Fagund.

42 Cap. II. Quomodo se geret Confes.

18. Visitatores , aut judices Regulares abstinere omnino debent a munerum receptione, etiam liberaliter concessorum, ita ut alias ad restitutionem teneantur : ex c. Romana 5. Procuration es de cens. in 6. , & ex Trid. Ses. 24. de reform. c. 3. Lez. tom. I. c. 18. n. 68. cum Peyr.

19. Visitatores non debent gravare Monasteria, quæ visitant: C. Visitandi 18. q. 2. C. Cum Apostolus de cens. Trid. Ses. 24. de reform. c. 3. Unde non debent sumptuosas epulas querere, ut dicitur in dicto c. cum Apostolus, 5. Quocirca. Peyr. cit. n. 9. Quibus Canonibus , ut bene advertit Peyr. cit. , non satisfaciunt Visitatores , qui in seiphs frugales sunt , permittunt autem , quod sua comitiva laute tractetur. Et consequenter etiam, quando vident, quod Praelati locales ipsos laute tractant , debent hoc ipfis prohibere, permittendo tantum , quod in Monasterio opulento per tres dies abundantius tractentur, si longum iter fecerunt. Peyr. cit.

Quæres 8. Quomodo se geret Confessor cum Magistris Novitiorum?

1. R. Magistri Novitiorum , & eorum Socii debent esse orationis, & mortificationis operibus addicti , prudentia , charitateque referti , & cæteris qualitatibus ornati , quas Clem. VIII. pro ipfis requirit in decreto pro Novitiis . Debent etiam ad perfectionem tendere , ut & Novitios ad perfectionem dirigere possint, quia non potest arbor bona malos fructus facere Mat. 7. 18. & sic Religiones meliorarentur , non relaxarentur in dies . Si autem Magistri Novitiorum dictas qualitates non habent , debent a Confessario cogi , ut dignos se tali officio reddant ; alias vel renuncient, vel eos non absolutat.

2. Sed præsertim Magistri Novitiorum debent advertere, quod ipsi (sicut & alii Capitulares) , si vident, juvenem vestendum non esse habilem pro Religione ratione male valetudinis, aut ignorantia , peccant mortaliter dando ei suffragium , seu votum affirmativum , & tenentur ad restitutionem Monasterio, quod eorum culpa obligabitur inhabilem alere . Sed pro professione multò magis ipso , quām alii debent hæc præ oculis habere, quia melius possunt illa experiri , extra tamen confessionem , & salvo semper sigillo sacramentali . Dicta patent ex tr. de restit. , & docentur patrim a DD. in de statu religioso . Sic etiam ex decreto Clem. VIII. pro Novitiis præcipitus , quod qui non sunt

capa-

capaces religiosæ perfectionis, expellantur. Quod si Magistri Novitiorum (vel alias Confessarius) cognoscunt inhabilitatem Novitiū, vel quod ob malam ejus habituationem non sit in eo spes servandæ castitatis, vel quod non sit capax religiosæ perfectionis (ut præcipit Clem. VIII. in decretis supra dictis) debent in confessione ipsa illum obligare, quod hisstantibus ad saeculum redent, aut inabsolutum dimittere secundum regulas Moralis de male habituatis, recidivis, &c. Alias ipsi Magistri, & alias Confessarius mortaliter peccabunt.

3. Et hac occasione sciant Magistri Novitiorum, ipsoſ non bene agera, si aliquo Novitio instantे, quod velit ad saeculum redire, statim dicant, haec esse diaboli tentationem, cum multoties possit esse inspiratio divina, maxime in Religionibus minus observantibus; multi enim veniunt ad Religionem, non a Deo vocati, sed ex in consideratione, levitate, vel aliquo temporali fine, vel ex metu parentum, sive ut se de illis vindicent, ipsoſ affligendo, & contristando, ut eorum justas reprehensiones fugiant, &c. & postea tempore Noviciatus (qui ideo fit, ut Novicius Religionem, & Religio Novitium experietur) in se ipsis forsitan reverſi, & cognoscentes, se non vocatos a Deo intrasse, neque futuros bonos Religiosos, volunt exire. Igitur videndum est, an talis Novitius sit vocatus ad Religionem a Deo, an aptus pro hac Religione, an hæc Religio sit apta pro ipso, & persuadendum ipſi, ut faciat exercitii spiritualia ad Dei voluntatem cognoscendam, nisi voluerit statim abire. Neque debent Magistri scrupulis eum terrere; quia si non fuit a Deo vocatus, non potest ipſi obſtici illud Apostoli 1. Corinth. 7. 20. *Vnusquisque, in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.* De talibus Novitiis Peyr. in Formul. lit. N.c. 2. dicit *Infecta pecus totum corruptit ovile: & annus ex his sufficit ad rotam Religionem subvertendam, inquietandam, & scandalizandam.* Qua propter non vocatos a Deo debent Magistri Novitiorumhortari in Dominio, ut discedant, & cum Superioribus procurare, ut abeant, vel expellantur, ut S. Teresa in Cam. di perfez. c. 14. suis Monilibus monet. Quod si secundum regulas cognoscendi vocaciones (de quibus fuse egi in Strada della perfezione) credi possit, quod fuerit vera vocatione, tunc possunt dictis Novitiis monitiones, & exhortationes fieri, sed non importunæ, & valde opportu-

44 Cap. II. Quomodo se geret Confes.

na pro ipsis essent exercitia spiritualia per octo, aut decem dies.

4. Si Magistri Novitiorum cognoscant, aliquem ob gravem vim, & metum intrasse in Religionem, cum isti similiter soleant dare in desperationem, & in pessimam vitam, debent procurare, ut ille abeat; quinimmo quicumque tali Novitio dat votum affirmativum pro professione (idem dicitur respetive pro vestitione, si antea hoc sciatur) peccat mortaliter, quia consentit in iustitiae alium, & injuriam facit tali Novitio. Ita Lez. tom. I. c. 24. n. 29. cum Sylv. Nav.

Et dicta applica cum proportione quoad Magistras Novitiarum.

Quæres 9. Quomodo se geret Confessor cum Confessariis Regularibus?

1. R. Poterit se regulare cum dictis cap. I. num. 3.. Si autem aliquem Confessarium inhabilem ad tantum munus reperiet, debet ipsum obligare, ut tali officio renunciet; alias inabsolucionem dimittat.

2. Pro Confessariis Regularibus S. Congreg. apud Nicolium sic decretivit. *Confessarii Regulares exempti sunt a Monasteriis, & Religionis oneribus pro eo tempore dampnatae, quo confessiones excipiunt.* Quod decretum non est tam stricte interpretandum de eo tempore tantum, quo confessiones aequaliter excipiunt, quia tunc certe non possunt alia onera subire, nec in duplice loco naturaliter esse: sed large intelligi debet de ampla commoditate eis danda tempore confessionum, quando V.G. manet in Ecclesia confessiones secularium audiunt.

3. Hic etiam notandum, quod Confessarius Regularis pro secularibus in Ecclesia deputatus non debet acceptare aliud officium, vel alia officia, si talia sunt, & in talibus circumstantiis, ut non possit sua obligationi satisfacere. Et si quis vix potest portare tantum onus audiendi confessiones ipsi angelicis humeris formidandum, quanto magis non poterit illud portare cum aliis oneribus? Quare si de tali morali impossibilitate pro circumstantiis loci, temporis, & personæ sua, ac penitentium ipsi hoc constat (in dubio autem tenetur obedire) non debet obediens Praelato talia officia ipsi imponenti, quia ad impossibile nemmo tenetur, & non est tam utile, & necessarium Sacramentum negligenter administrandum. Hoc patet etiam ex dictis in simili cap. I. n. 3. in fine.

4. Sciant

4. Sciant Confessarii, quod si fideliter, & diligenter in vita Domini laboraverint, magna ipsis merces erit in Cœlis, dum munus Confessarii martyrio comparatur, ut Peyr., & alii docent. *Cbi la prova lo sà.*

Quæres 10. Quomodo Confessor se geret cum Lectoribus, & cum Examinatoribus studiorum?

1. R. Hæc notabit. Lectores debent docere Studentes scientias aptas ad contemplationem Dei secundum cujusque Religionis instituta. Qui autem eos docent ecclesiasticas historias, vel tractatus de peregrinis, & pro his temporibus inutilibus questionibus dogmaticis, si proinde negligatur studium S. Theologiae, & aliarum rerum magis necessariarum, dubium non est, quod mortaliter peccent, & ad restituionem Studentibus, & Religioni teneantur. Ad quid enim Studentibus, & Religioni talia inservient sine Theologia Scholastica, sine Morali, sine lectione S. Scripturæ, sine solida, & utili Dogmatica? Sed & quæ utilitas pro Ecclesia, vel quot Animæ haç via salvabuntur? Oh vanitas vanitatum! Idem dic de Examinatoribus; quinimmo de Superioribus hæc permittentibus.

2. Caveant Lectores, ne Studentes inhabiles, vel negligentes aliquo modo adjuvent, ut a studiis sint licentiati, vel doctroratus lauream obtineant, quia ultra grave peccatum, quod in hoc committunt, innumerablem peccatorum, quæ a talibus Studentibus in officiis, & prælatiis deinde ob eorum ignorantiam sicut, sunt participes etiam ipsi. Idem dic de Prælatiis, Examinatoribus, & aliis, qui ad tales Studentes licentiandos, vel doctorandos aliquo modo concurrunt, vel cooperantur.

Quæres 11. Quomodo se geret Confessor cum Studentibus Regularibus?

1. R. Studentes Regulares omnino peccant mortaliter, si notabiliter sint negligentes in studendo, quia occupant locum aliorum, qui ipsis diligenteres essent in studendo; tamen quia abutuntur commoditate ipsis data cum gravi dispendio, & incommmodo Religionis, quæ ipsis in aliis exercitiis occuparet. Lex. tom. i.c. 8.n.29. cum Nav. Peyr. Peyritom. i.q. i.c. 30. cum D. Antonin. Nav. & aliis. Quod quidem certum est; sed difficultas est in assignando quando nam tales Studentes possint dici notabiliter negligentes in Studendo? Circa quod, cum nihil apud DD. ing. venire

Venire potuerim , mihi videtur sic discurrendum . Tales Studentes debent se idoneos reddere ad conclusiones publice defendendas , ut in fine studiorum a studiis licentiarie , & doctorari possint . Hoc autem sit quatenus prius ab ipsis unum punctum philosophicum , & aliud theologicum , quæ sorte contigerint , sine defendenda , vel publice , vel saltem in publico Capitulo intra spatiū 24. horarum , & quidem sine ulla assistentia Lectoris , aut aliorum ; quinimmo Lector , & alii debent contra ipsum arguere . Tunc ergo non erunt notabiliter negligentes in studendo , quando se ad totum hoc idoneos reddere procurant . Ad haec autem omnia rite agenda requiritur , nedum exactum præsentium lectionum studium , sed & diligens , ac frequens præteritum revisio .

2. Studentes indigne doctorati , vel debent tali gradui renunciare , vel saltem diligentius studere , ut habiles fiant ; alias non possunt a Confessariis absolvī præfectim ob gravissima damna , quæ ex eorum ignorantia provenient communitati . Peyr . tom . 2 . c . 2 . cum Syl . Sed tam Studentes , quam alii mortaliter peccant , si non procurant scire ea , quæ ad proprium statum pertinent secundum propria cuiusque Religionis instituta . Igitur quisque sub mortali tenetur scire ea , quæ spectant ad votum obedientiarie , castitatis , & paupertatis , & ad alia vota specialia propriæ Religionis , sicut etiam & cætera præcepta ecclesiastica pro Religiosis , Regulam , & proprias Constitutiones . Et quidem ignorantia eorum , quæ spectant ad proprium statum ; & ad proprium officium , raro est invincibilis , itaut excusat a mortali , ut docent Alloza ex D . Th . Castrop . tom . 1 . tr . 2 d . 1 . p . 15 . cum Vasq . Sanch . Azor . Salm . tom . 5 . tr . 20 . p . 3 . cum Vasq . Covar . Snar . Baffles , Salas , Prado ; quia , ut docet D . Th . 1 . 2 . q . 76 . art . 2 . in corp . , singuli scire tenentur ea , quæ ad eorum statum , vel officium spectant . Sed nec sufficit semel studuisse , & postea dicere : libri valete . Et ex eodem D . Th . 1 . 2 . q . 76 . art . 2 . ignorantia est causa peccati .

Quæres 12. Quomodo se geret Confessor cum Regularibus ad Moniales accedentibus ?

1. R. Servari debent Bullæ Pontificum , & decreta S . Congreg . hac de se edita ; ubi notandum præsertim decr . S . Congr . sub 11 . Maii 1669 . Clem . IX . approbante , ac typis dari , servari que jubente , declarans , Regulares cuiusque ordinis , Militie ,

Societatis, &c. etiam de quibus specialis mentio foret habenda, qui ad Monasteria Monialium, quamvis ab Ordinarii jurisdictione quomodolibet exempta, etiam ipsis Regularibus subjecta, vel alias speciali mentione digna, absque legitima facultate accedunt, colloquendo etiam per quocumque modicum temporis spatium cum Monalibus, aut aliis intra clausuram degentibus peccare mortaliter, eosque sub excommunicationis, privationis vocis activae, & passivae, aliisque contra Regulares accedentes sine licentia ad Monasteria Monialium statutis poenis posse ab Ordinario tanquam Sedis Apostolicae Delegato coesceri.

2. Circa hoc decr. sequentia notentur. Ut Regularis cum debita licentia accedat ad colloquendum cum Monalibus, aut aliis intra clausuram degentibus ex decreto S. Congr. de expresso ordine, & mandato Urb. VIII. sub anno 1623. requiritur. licentia Ordinariorum locorum, ut quatenus sibi visam fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summam quolibet anno cunctumque Regulari, ut Moniales sibi in primo, & secundo tantum consanguinitatis gradu conjunctas convenire, & alloqui possit. Id vero non aliter, quam servata ad unguem forma infra scripta. Ut id nullo modo licet diebus festiis, aut in advenia, Quadragesima, feria sexta, Sabato, & Vigiliis; prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem spectat eam concedere, consignetur Confessario ordinario Monasterii, qui paenes se retinere debeat, isque associet, & præsens sit, & auscultatrices de more, non autem alia assistant; prædictaque licentia pro die, & hora certa, & ipsa scriptis concedatur, in librisque Cancellariae ejusdem Ordinarii annosur. Quod si prædicti locorum Ordinarii per plures vices, vel in alteriori gradu conjunctis, aut aliter quam servata forma supradicta licentias conceperint, vel promiserint, sciant se intentioni SS.D.N. & S.Congr. transgressores, judiciumque reformident. Regulares autem paenis in supradicto decr. contentis, ac si nullam licentiam obtinuerint, eu ipso se moverint esse additos, & arbitrio S. Congr. severius puniendos.

3. Quia tamen non omnes dictas conditiones observari video, dictæ scilicet formæ assignatae, dicendum videtur, quod Religiosus habens licentiam a loci Ordinario, & ab alio, ad quem spectat, pro consanguineis in primo, & secundo gradu, cit-

ca reliqua potest se conformare consuetudini locorum, & Monasteriorum.

4. nomine Monialium in his prohibitionibus veniunt, quæ voverunt perpetuam clausuram, tum quia de jure hæ veniunt nomine Monialium, tum quia in omnibus his decretis sit mentio expressa de clausura. Unde per dicta decreta non prohibetur Regularibus accessus ad colloquendum cum Mulleribus, quæ degunt in Conservatoriis, sive Collegiis sine obligatione clausuræ.

5. Religiosus non peccat si paucis verbis salutet, vel refælacet Monialem ex urbanitate, quia licet salutare, & refalutare physicè sit loqui, juxta tamen communem modum loquendi non est loqui. Piselli tom. 1. tr. 18. c. 2., & oppositum nimiris dum videtur,

6. Licet autem in odiosis nomine Monialis non veniat Abbatissa, sicuti nomine Religiosi non venit Abbas, non possunt tamen Religiosi sine debita licentia accedere ad colloquendum cum Abbatissa, quia Abbatissa dedit in clausura; at in dictis decretis prohibetur Regularibus ne accedant ad colloquendum, cum quacumque intra clausuram degente. Dictio vero, quicunque, est universalis, & omnes comprehendit, etiam illos, qui alias non comprehendenterunt, & etiam in materia odiosa, & stricte interpretanda, ut per varias Rotæ decisiones probat Cajet. de Alexand. c. 7. §. 10. q. 5., & hanc conclusionem tenet ipse loc. cit. cum Merol. Megal. Squillant.. Alin. c. 7. §. 10. q. 5. cum dictis. Piselli tom. 1. tr. 18. c. 2. & fuit defendit Don. tom. 3. tr. 6. q. 16. cum Graff., & Merol.

Probatur etiam, quia in Bulla Alexand. VII. Sacrosancti. expresse declaratur, quod Regulares non possunt loqui cum Abbatissa, Priorissa, aut Officialibus Monasterii.

7. Neque juvat dicere, quod dicta Bulla, cum edita sit pro quiete Monialium Urbis, & sit odiosa, non est extendenda ad Moniales extra Urbem. Nam licet dicta Bulla edita sit pro quiete Monialium Urbis, in ipsa tamen §. 1. Pontifex expresse, & manifeste dicit: *Aliis siquidem pro quiete, & felici direktione Sanctorum Monialium Regularibus subjectarum provide ab hac S. Sedie statutum fuit, &c.* Et §. 2. *Quin etiam quamplurimis Apostolicis Constit. interdicitur hujusmodi Regularibus accessus ad locu-*

Iocutoria Sanctionalium, necnon cum eisdem miscere colloquia ad crates, rotas, portas, & quovis alio in loco sub pennis privationis vocis activa, & passiva, aliisque etiam gravioribus pro rerum, temporumque opportunitate infictis, cum declaratione, quod easdem quoque penas incurvant Confessores ordinarii, & extraordinarii, Concionatores, Superiores cuiuscumque gradus, seu Visitatores, tam ordinarii, quam delegati, qui colloqui praesumpserint cum Monialibus, etsam si Abbatisse. Priorissae, aut Officiales Monasteriorum fuerint, extra actum confessionum, concionum, aut visitationum hujusmodi, & aliis prout in diversis decretis desuper emanatis uberius continetur.

Oppositum de Abbatissa tenent Lez. Tamb. Jan. & Zambel. Sed forsitan isti scripsérunt ante dicta decreta, vel illa non legerunt.

8. Et ex relatio in supradicta Bulla patet a fortiori, quod Abbates Regulares titulares, Diffinitores, & similes non possunt loqui cum Monialibus, sicuti ipsi Praleti Regulares actuales non possunt loqui cum Monialibus non sibi subditis; cum isti etiam cum Monialibus subditis non possint loqui, nisi prout in dicta Bulla supra: cum quia in decr. S. Congr. de mandato Sixti V. & innovato sub Urb. VIII. habetur, quod nulli Religioso cuiuscumque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat, liceat absque licentia expressa ejusdem S. Congr. accedere ad colloquendum, &c. exceptis Superiore, Visitatore, Confessario ordinario, & extraordinario cum ad tempus deputabatur.

9. In dictis decretis non includuntur Novitii (intellige, improfessi) quia isti in odiosis non veniunt nomine Religiosi. Alin. c. 7. §. 10. q. 14. cum Portel. & Squillant.. Cajet. de Alexand. c. 7. §. 10. q. 16. cum dictis. Piselli tom. 1. tr. 18. c. 1. Idem dic de Tertiariis, Oblatis, & Conversis non professis. At includuntur Donati, Oblati, & Conversi professi, etiam si solùm fecerint tria vota simplicia sine professione solemnri, quia isti sunt vere Religiosi, ut in cap. ult. §. 2.

10. Si aliquis Religiosus vellet accedere ad colloquendum cum aliqua Moniali non sibi conjuncta in primo, vel secundo consanguinitatis gradu, debet recurrere ad S. Congr. Potest etiam recurrere ad Episcopum; nam licet Episcopi de jure com. non possint Religiosis hanc licentiam dare, solent tamen habere

per breve pontificium facultatem ipsis dandi licentiam.

11. Notandum denum, quod Religiosus accedens ad Monasteria Monialium Regularibus subjectarum, ultra licentiam Episcopi debet habere etiam licentiam Praelati Regularis, cui Moniales sunt subjectæ. L. 2. tom. 4. v. Moniales n. 23. & patet ex verbis decreti sub Urb. VIII. : *Prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quam spectat eam concedere.* Et sic etiam generaliter declaratum est pro omnibus accedentibus ad colloquendū cum Monialibus, quæ sunt Regularibus subjectæ, non obstante quacumque lege, aut consuetudine, etiam immemorabili. Ex decr. S. Congr. 23. Aug. 1593. apud Gavant. in manuali Episc. & apud Monacell. in formul. leg.

Quæres 13. Quomodo se geret Confessor quantum ad ingressum Novitiorum in Religionem?

r. R. Hæc notabit, quæ tam pro viris, quam proportionatius pro mulieribus inservire possunt. Inducere alios ad Religionem sanctum, & laudabile est, quia inducit ad sequenda conscientia evangelica. Omnes cum D. Th. 2. 2. q. 189. art. 9. Sed triplices potest contingere inordinatio in tali inductione ex D. Th. ibidem. Et primò peccaret mortaliter qui induceret alium ad Religionem malis artibus, falsis rationibus, fraudibus, minis, immoblanditiis, vel importunitate, & replicatis precibus, vel importunitatis persuasionibus cum rerum temporalium promissione, & nimia sollicitudine. Nat. Alexand. tom. 2. lib. 4. reg. 9. Lez. tom. 4. v. Professio n. 16. cum Sanch. Less. Laym. Thesaur. . Pcyr. tom. 1. q. 1. c. 29. cum Sayr. Riccard. Gabr. : & habetur ex D. Th. cit. Immo professio facta per gravem metum, est ipso jure nulla. Ex c. præfens 20. q. 3. c. 1. de Regular. c. 1. de iis, quæ vi. Lez. cit. cum Bonac. Laym. Assignatur autem ex Conc. Trid. sess. 25. c. 19. terminus minus quinque annorum a die professionis, si quis pretendat, se non valide professo esse ob vim, & metum, aut ob aliam causam, ad reclamandum, & probandum, quod professio sic nulla. Sed si is intra quinquennium Ordinem sacrum recipit, nova difficultas est pro invaliditate professionis. Vide Lez. tom. 4. v. Professio a n. 4. Insuper Trid. sess. 25. c. 18. subjicit excommunicationi ipso facto quacumque personam cuiusvis conditionis, qualitatis, & dignitatis, si quomodocumque coegerit aliquam Virginem, vel Viduam, aut aliam quacumque mulierem.

sem

sem invitam, præterquam in casibus in jure expressis, ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque Religionis, vel ad emittendam professionem: & illos qui consilium, auxilium, vel favorem dederint, quosque scientes, eam non sponte ingredi Monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquomodo eidem actui, vel presentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. Casus in jure expressi, quos supra innui, sunt 1. quando foemina sponte fecit votum Religionis 2. si foemina post duos menses conjugata noluit consummare matrimonium de Religione deliberans. 3. quando conjux conscientia de dispositione juris (disponentis, quod conjux non potest altero conjuge invito Religionem ingredi, & ingressus tenetur ad instantiam alterius conjugis egredi) consentit, ut alter in Religionem ingrediatur, in eaque professionem emittat, si de illa remanente in seculo habeatur suspicio, quod non servabit votum continentiae, cui se astrinxit, ad hoc ut possit alter Religionem ingredi. 4. quando foemina commisit crimen, propter quod est in Monasterio claudenda. Insuper possunt parentes cogere puellam impuberem ad ingrediendum Monasterium, ut ibi educetur. De his Lez. tom. 3. v. Moniales a n. 10. Psyr. tom. 1. q. r. c. 29.

Immo e contra inducens alium ad Religionem, debet illi manifestare bona, & mala, abstinentias scilicet, jejunia, abnegationem propriæ voluntatis, gravem delinquentium punitionem, &c. *Prædicentur ei dura, & aspera:* ait D. Bened. in sua regula. Et sic etiam consulens facere debet.

2. Peccat mortaliter inducens alium ad Religionem munib[us] per simoniam datis, vel acceptis. Peyr. cit. cum D. Th. loc. cit. . Ledes. Regin. Azor. Sayr. Sylv. : & ita plures alii. Quod intellige ex D. Th. Peyr. Azor. & Less. si intercedat pactum, ut : *si dabis mihi hoc, vel dabo tibi hoc, si me ad Religionem duxeris,* non verò quando sit sine pacto, sed aliquibus munib[us] illum quis benevolum sibi reddere procerat, ut postea ad Religionem trahat.

3. *Inordinatio est* (ait D. Th. loc. cit.) *si mendaciis cum alliciat. Imminet enim sic inducto periculam, ne cum se deceptum invenerit, retrocedat;* & sic fiant novissima illius hominis pejora prioribus, ut dicuntur Luc. 11. Sed Cajet., & Cord. super hunc

locum D. Th. dicunt, quod illicitum etiam est, aliquem inducere ad Religionem, in qua tepide, & laxe vivitur, cum ille crederet, se ad perfectionis semitam induci; nam fateri se posset deceptum non quidem verbis, sed facto. Et plura notata digna habet hic Cajet. Cord. c.2.q.2. Mirand. q.16.art.2. Nav.in man. c.12.a.n.44.

4. DD. n.3. citati advertunt, excusari a peccato illum, qui inducit ad Religionem laxam, si alium informet de tepiditate, in qua est talis Religio, & de difficultate, quam experietur ex consortio aliorum, si ita est.

5. Absolute loquendo quisque debet consulere, vel inducere ad Religionem magis observantem, quia in ea ille, qui ingreditur, facilius proficiet. At aliquando licet inducere ad Religionem minus observantem, si quis est debilis salutis, vel si credatur, quod in tali Religione, quia sibi magis apta, magis ille proficiet.

6. Licet autem D. Th. 2.2.q.1 89.art.1. doceat, non esse necesse, quod ante aliquis exerceatur in observantia praeceptorum, quam per ingressum in Religionem transeat ad perfectionem consiliorum: & art. 10. doceat, quod ut quis Religionem ingrediatur, non requirantur diuturna deliberatio, & multorum consilia, optime tamen Nav.in c. Cui portio 12.q.1. cum Cajet. explicat, D. Th. non esse intelligendum de quocumque intrare volente, sed tantum de bene disposito, qualis est, qui omnem suam fiduciam sustinendi onus Religionis ponit in Deo, & interno affectu relinquit omnia, & non respicit ad honorem, gloriam, carnem, & sanguinem, & hujusmodi. Alii autem non sic dispositi debent magna inquisitione, & discussione circa hos internos affectus se examinare, ut docet Cajet. in 2.2.q.1 89.art.10.

7. Ulterius, licet D. Th. art. 10. cit. doceat, quod, ut quis Religionem ingrediatur, non requirantur diuturna deliberatio, & multorum consilia, attamen eodem art. 10. subdit, quod pro determinando in quam Religionem quis ingredi debeat, potest haberis consilium cum his, qui non impediunt, id est, cum viris prudentibus, qui videant, quid magis expediat, & non impediant ingressum in Religionem sine justa causa.

8. Et ex dictis patet, aliquando licitum esse retrahere aliquem ex justa causa a Religione, vel ab ingressu hujus, vel illius

Res.

Religionis, si scilicet non speratur, quod in Religione proficiet, si in illa Religione non tam disciplinatè vivitur, si illius ope-
gent parentes, &c. Peyr. tom. 1. q. 1. c. 29. Cord. c. 2. q. 2. Lez. tom.
1. c. 24. n. 28. Salm. tom. 4. tr. 15. c. 3. p. 2. n. 38. Immo dicti Salm.
docent cum Less. Villal. Dian. & aliis, non esse illicitum, si quis
retrahit alium a Religione, ne magnam cristiciam causet paren-
tibus.

9. Incurrunt excommunicationem latæ sententiae ex Conc.
Trid. sess. 25. c. 18. illi, qui Sanctorum Virginum, vel aliarum
mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emissandi quo-
quomodo sine justa causa impediunt. Nomine autem voti hic in-
telligitur votum solemne, quod fit in Religione. Lez. tom. 3.
v. Moniales n. 12. cum Sanch. Suar. Portel. Incurrunt etiam im-
pedientes primum Religionis ingressum, seu susceptionem ha-
bitus, quia sic impeditur etiam professio. Bonac. de clausura Mo-
nialium cum Suar. Fill. . Portell. apud Lez. cit. . Castrop. tom. 3.
d. 1. p. 9. cum Suar. Non incurrit Pater nolens, filiam fieri Mo-
nialem, quia caret dote, vel quia est infirma, vel propter alias
sationabiles causas, quia adeo justa causa impediendi. Lez. cit.
cum Rodriq. Portel.

Quæres 14. Quomodo se geret Confessor cum Animabus il-
lis, quæ habere solent gratias supernaturales, sive extraordi-
narias?

R. Confessarius super his potest legere opera S. Jo. a Cruce,
opera S. Teresia, quæ tamen plura ibi affert pro suo proprio
spiritu, quæ forsitan non sunt apta pro aliis, Cardinalem Lauria
de opusc. orationis, Cardinalem Bona de discretione spirituum,
&c. Sed ipsæ Animæ, quæ tales gratias extraordinaries habent,
non debent hos, & similes libros legere (nisi in raro casu si est
anima bonæ intelligentia, & quæ non habeat hominem, qui pro
his ipsam dirigat), quia magna in ipsis superbia, & præsumptio
posset excitari, ultra plures errores, in quos legendo possint in-
cidere cum gravi ipsarum præjudicio.

De istis gratiis aliqua dixi in Strada della perfez. Nunc
breviter dico, quod de omnibus his gratiis supernaturalibus, &
extraordinariis, quæ dici solent visitationes Del., sive sint visio-
nes, sive locutiones, sive extases, &c. valde difficile est discer-
nere, an vere sint a Deo; nam plura his similia possunt esse a de-
mone,

mone, & etiam a proprio hominis spiritu ; ac omnia quasi signa, quæ a PP. & DD. assignantur ad discernendum bonum spiritum, possunt fangi a dæmonie. Adhuc tamen hæc signa assignantur boni spiritus.

1. Si omnia sint Fidei Catholicæ conformia, & tendant ad aliquem bonum finem.

2. Gratias a Deo Animæ factas semper coinitatur vera humiliata, quæ sit in voluntate, & in intimo cordis, non autem solùm sensibilis in parte inferiori, cum magna subtus superbia in fundo cordis ; nam humilitatem sensibilem potest dare etiam dæmon, non autem illam spiritualem, & veram.

Effe&us hujus humilitatis sunt, non desiderare res extra ordinarias, scilicet visiones, locutiones, extases, &c. non facere exercitia singularia, de quibus alii mirentur, sed ponere sanctitatem in exercitiis ordinariis, indignum se judicare harum visionum, &c. neque ob tales res se San&um estimare, sed Deo ingratum ob tot beneficia, non curare, si suæ visiones, & revelationes spernantur a Confessario dicente, quod sint illusiones dæmonis, habere profundam cognitionem proprii nihili, talia cuiuscumque, præterquam Confessario, occulta tenere, quando adverteruntur tales visiones, & revelationes, ad humilitatem confugere, & quasi illas respuendo, quantum ex se est, nisi aliter Deo placuerit. Potest tamen in gratiis supernaturalibus a Deo factis aliqua misericordia superbia, vanitas, præsumptio, sed leviter, & pro brevi tempore ; alias de nilis suspicio haberi debet.

3. Resignatio proprie voluntatis, & judicij in manu Dei, & suorum Ministeriorum.

4. Desiderium patiendi pro Deo.

5. Mortificatio passionum, quæ eò præcise tendat, ut tollat internas Animæ labes, & imperfectiones, etiam soli Deo notas. Hoc est signum principalius, & totius. Sed advertendum, quod in Anima a dæmonie illusa plures virtutes dæmon fngit, excepta humilitate, patientia, & obedientia, quas ipse ob suam superbiam fngere non potest.

6. Pax, suavitas, & tranquillitas in Anima, quamvis initio adfuit timor reverentialis, & aliqua turbatio. E contra quando visio est a dæmonie (& sic de aliis rebus extraordinariis), initio affecta lætitiam aliquam, & suavitatem, sed deinde semper crescie in

In Anima timor, & amaritudo. Ultrumque Christus Dominus revelavit S. Catharinæ Senensi. Sed nota, quod haec quies, & pax, quæ est a Deo, nascitur solum in justis; in peccatoribus autem, in quibus resilit malus eorum spiritus, nasci solet turbatio, quia spiritus bonus opponitur eorum malo spiritui. Et e contra, si Animæ bonæ apparet dæmon sub figura Christi, Anima deturbatur, & tales visionem respuit, quia spiritus malus opponitur suo spiritui bono. Quod si in Anima dominatur spiritus malus, & ipsi dæmon apparet sub figura Christi, Anima non horret, nec deturbatur. De Animabus a dæmonie illusis egi in Scrada della perfez.: ubi & de earum remedii; inter quæ præfertim, quod Confessor debet ipsarum visiones spernere, impone, quod in meditatione non applicent imaginativam, & peccati humilitatis evangelicæ, internæ mortificationis, & nuditatis spiritualis ducere. Sed videre pauca alia potes in cap. xi. num. 26.

7. Si Anima de gratiis supernaturalibus plus gemit, quam exultat, & se abscondit, eas reveretur, sed se reputat talibus donis indignam.

8. Contemptus rerum, & voluptatum mundanarum.

9. Post visitationem Dei remanet in Anima magna quædam fortitudo, & facilitas ad opera bona (quam dare non potest dæmon) & durare solet per duos, aut tres dies. E contra quando visio, vel locutio est a dæmones, Anima remanet quasi inhabilis ad quodcumque opus bonum.

Hic etiam nota cum S. Jo: de Cruce Salita del Monte Carmelo lib. 2. c. 29., quod in locutione, que sit a proprio spiritu hominis, Anima non experitur humilitatem, & reverentiam erga Deum, sicuti quando locutio est a Deo, licet possit voluntas naturaliter aliqualem amorem habere in cognitione illius veritatis: sed post finem meditationis sicca remanet voluntas, quamvis non inclinata ad vanitatem, vel ad aliquod malum, sicuti remanere solet, quando visio, vel locutio est a dæmoni. Igitur visio, & locutio facta a proprio spiritu nullum effectum bonum, vel malum relinquunt in Anima, sed tanquam somnum cito evanescit.

10. Post visitationem Dei remanet in Anima frequentior recordatio divinæ præsentiaz, major quædam vigilancia, & cura Deum

Deum non offendendi : quæ durare solent per duos , aut tres dies : & quod hæc dare non possit dæmon de se patet.

11. Si in parte inferiori excitantur pravi motus , suspicetas sunt tales visiones . Et hæc nota cum D. Jo: de Cruce Notte oscula lib. 1.c.4. quod licet Spiritus Dei sit purus , & castus , interdum tamen inter spirituales consolationes a Deo provenientes immisceri solent pravi motus in parte inferiori ratione nostræ debilis naturæ . Cum enim consolatio partis superioris aliquando redundet in partem inferiorem , causantur tales motus pravi in ipsa . Sed cum deinde Anima in perfectiori statu erit , ipsi magis erit subjecta caro , & cessabunt diæti motus pravi . Ali quando etiam tales pravi motus tempore orationis causantur a dæmons , ut sic Anima distrahitur a contemplatione . D. Jo: cit. qui etiam docet , quod si Anima de his pravis motibus nimis expavescat , multum ipsi nocere possunt . Igitur qui talia patitur , de his non curet , & sincera , ac libera mente orationem prosequatur , dummodo illis non consentiat.

12. Si alicui apparet Christus Dominus , vel B. Virgo , adorari potest , etiamsi dubium sit , an sub illis imaginibus (non enim videtur Christus in seipso in his calibus , sed in aliqua imagine) lateat dæmon , vel an tales imagines a dæmons sint formatae ; neque licet in illas spuere , contumelias proferre , &c. ; quamvis in tali dubio possit quis abstinere ab illarum adoratione , ut fuisse dixi in Strada della perfez.

Quæres 15. Quomodò Confessor se geret cum scrupulosis?

R. De scrupulis fuse egi in Strada della perfez. , ubi quicquid desiderari potest , invenietur . Hic solum sequentia breviter nota . Scrupulosus bonæ conscientiæ hanc regulam teneat pro scrupulis vitæ præteritæ . Si solitus fuit diligenter confiteri sua peccata , non tenetur , & non deberet aliquid peccatum confiteri (etiamsi per accidens aliqua peccata mortalia non confessa remaneant) nisi 1. certò sciat , se in tali materia peccasse mortali ter ; 2. quod de tali peccato non sit rite confessus . Immo qui est nimis scrupulosus non debet denuo illa confiteri , nisi posset de ueroque jurare . Sent.com Pro scrupulis vitæ præsentis hanc aliam teneat regulam . In rebus occurrentibus , id , quod ipsis licitum videtur coram Deo , & sine simulatione conscientiæ , faciant , quamvis scrupulum habeant in contrarium , quia licitum est ope-

operari cum conscientia scrupulosa, ut est com. sent. In rebus tamen majoris momenti quando sine gravi incommodo proprio, aut aliorum possunt, consilium capiant.

Quæres 16. Quomodo se geret Confessor cum Conversis, Oblatis, &c.

R. Ipsi, etiamsi solùm habeant tria vota simplicia, & possint expelli, debet declarare, quod tenentur sub mortali tendere ad perfectionem religiosam, cum sint vere Religiosi: & quod debent sua spiritualia quotidiana exercitia non prætermittere, & præfertim orationem mentalem, ad quam secundum Constitutiones Religionum obligantur, ut patet etiam ex decr. Clem. VIII. pro Novitiis. Idem dic de Sororibus Conversis Monialium.

C A P. III.

De casibus reservatis pro Regularibus.

1. **D**ecretum Clementis Pap. VIII. super casuum reservacione ab omnibus Regularium Superioribus observandum.

S.S. D. Noster, qui jam pridem accurate perpendit, ac res ipsa comperit, quod reservatio facultatis absolvendi Religiosos penitentes a peccatis quibusdam gravioribus, nisi Superiores admodum prudenter, ac moderate illa utastar, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientiae maculas detegere formidant, adducere posset in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedii desperationem, ideo ut huic malo Sanctitas sua opportune prospiceret, decrevit, ut nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reservet exceptis iis, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout Subditorum utilitati expedire prudenter in Domino judicaverint.

2. *Veneficia, incantationes, sortilegia.*

3. *Apostasia a Religione, sive habitu dimissio, sive retento, quando eo pervenerint, ut extra septa Monasterii, seu Conversus fiat egressio.*

4. *Nocturna, ac furtiva e Monasterio, seu Conventu egressio, etiam non animo apostatandi facta.*

5. *Proprietas contra votum paupertatis, qua sit peccatum mortale.*

6. *Juramentum falsam in iudicio regulari, seu legitimo.*
7. *Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum facientium post animatum factum, etiam effectu non sequuto.*
8. *Falsificatio manus, aut sigilli Officialium Monasterii, aut Conventus.*
9. *Furtum de rebus Monasterii, seu Conventus in ea quantitate, qua sit peccatum mortale.*
10. *Lapsus carnis voluntarias opere consummatus.*
11. *Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cuiuscumque persona.*
12. *Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut operatio literarum a Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superioribus.*
13. *Si quod aliud præterea peccatum grave pro Religionis conservatione, aut pro conscientia puritate reservandam videbitur, id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia matara discussione, & consensu.*
14. *Non licet Superioribus Regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsimes subditis sponte, ac proprio motu id ab iis petiverint.*
15. *Superiores in singulis Domibus deputent dacos, tres, aut plures Confessarios pro Subditorum numero majori, vel minori, si que sint docti, prudentes, ac charitate prediti, qui a non reservatis eos absolvant, & quibus etiam reservatorum absolutorio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis Confessarius judicaverit.*
16. *Tam Superiores pro tempore existentes, quam Confessarii, qui ad superioritatis gradum fuerint promoti, caveat diligenter, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur.*
17. *Licebit tamen Superioribus determinare pénitentias graves quibusdam peccatis etiam non reservatis, a Confessariis imponendas, que Subditos ab hujusmodi perpetrando cibihere possint.*
18. *Atque ita per quoscumque Regularium Superiores, qui cumque illi sint, observari mandayit. Non obstantibus, &c. Dam*

tom Rom & apud S. Petrum die 26. mensis Maii anno. Dom. 1593.

19. *Sanctitas sua deinceps declaravit, & declarat, ut si bu-
jusmodi Regularium Confessariis casus alicujus reservati facul-
tatem potentibus Superior dare voluerit, possint nibilominus
Confessarii illa vice paenitentes Regulares, etiam non obtenta a
Superiore facultate, absolvere.*

20. *Hic nota pro n. 1. quod Superiores Regulares neque licite,
neque valide possunt sine Capitulo generali, vel provincia-
li reservare aliquem casum praeter concessos hic a Clemente
VIII. quia dispositio talis decreti ponitus pro forma in reservan-
do. Mirand. tom. 2. q. 34. art. 7. Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 2. dub. 4.
Tamb. tom. 2. tr. de casibus reservatis. Peyr. tom. 2. q. 3. c. 2. §. 1.
La Croix lib. 6. p. 2. n. 1662. Castrop. Tolet. Sporer. Sic nec licite,
nec valide possunt reservare casus in Monasterio paruo, ubi non
sunt saltem quatuor Sacerdotes; tum quia esset moraliter ine-
vitabilis fractio sigilli sacramentalis; tum quia Innocentius X.
requirit in parvis Monasteriis ad minus sex Religiosos, quorum
quatuor saltem sint Sacerdotes graves, & matura aetatis, ut di-
Quum est in c. 1. n. 4. ut possint fieri observantiae regulares; & sic
ubi non est dictus numerus talium Sacerdotum sentit Pontifex;
quod non possint fieri observantiae regulares; quarum una est
reservatio casuum: tum denique quia in forma reservationis
stabilita a Clemente VIII. ut a n. 15. vult Pontifex, quod Su-
periores in singulis domibus deputent duos, vel plures Confessa-
rios, quibus etiam reservatorum absolutio committatur; ut
n. 15. ubi autem non sunt quatuor Sacerdotes, non possunt de-
putari duo saltem Confessarii, cum Subditus Regularis non te-
neatur confiteri Superiori, nec etiam pro casu a Religione rese-
vato, nisi prout, & quando dicitur n. 62.*

21. *An autem possit Superior saltem censuras aliorum ca-
suum sibi reservare, licet non possit reservare casus praeter di-
ctos, & sic an possit V. G. prohibere ludum sub excommunica-
tione sibi reservata, affirmant Busemb. loco cit. Suar. Villal. Fill.
& alii, quia hoc non est reservare casum, sed censuram. Sed op-
positum tenet Lez. tom. 1. c. 18. n. 21. cum Sanch.. Dian. p. 3. tr. 2.
rel. 13. cum Peyr.. La Cr. lib. 6. p. 2. n. 1662. cum Sanch. Sylvio,
Avers. & aliis multis. Tamb. loc. cit. cum communiori: & ita de-
claratum a S. Congreg. die 7. Julii 1617. testatur Lez. & Dian.*

loco cit. & de Lug. Ratio est, quia ex procēmio, & ratione legis sumitur decisio ipsius; ratio autem legis ex ejus procēmio est, *eterna damnationis periculum, & spiritualis remedii desperatio*; quæ ratio etiam procedit in reservatione censurarum; & alias esset nimis clare eludere mente Pontificis, quia si Superior reservet sibi censuram in aliis casibus præter concessos a Pontifice, jam subditas non potest absolvī a casibus, quia prærequisitur absolutio a censura.

Sic etiam ex decreto S. Congr. apud Nicolium non probatur, quod Superior Regularium reservet sibi casus ad effectum præscribendi Confessariis quam paenitentiam in casibus particularibus injungere debeant, loquendo scilicet de aliis casibus præter illos, quos reservari concessit Clem. VIII.; nam paenitentiam determinare potest, quando licentiam concedit, non tamem casus ad hunc effectum reservare.

22. Pro n. 2. in casu, *veneficia, incantationes, sortilegia*, nota ex generali doctrina, quæ a DD. traditus de casibus reservatis, quod casus reservatus debet esse peccatum mortale, externum, consummatum, & certum: quæ, & plura alia de veneficiis, incantationibus, & sortilegiis videre potes apud Lez. tom. 4. v. Veneficia per totum. Hinc si quis ex indeliberatione, vel ex ignorantia invincibili excusetur a mortali, quia putaret, tale peccatum esse veniale, non incurrit reservationem. Si peccavit solum interne per desiderium, vel intentionem faciendi veneficium, sed externe non facit; immo etiamsi interne peccet mortaliter, & externe solum venialiter, non incurrit reservationem. Si attentavit solum facere maleficium, sed re ipsa non fecit, non incurrit, quia hic non reservatur attentatio, sed ipsum maleficium; quod est dicere, quod debet esse peccatum consummatum. Debet etiam esse certum, quia obligatio reservationis non cadit supra peccatum dubium, ut circa finem hujus cap. dicetur. Tandem peccatum reservatum semel confessum non est amplius reservatum, quia non est materia necessaria. Lez. loc. cit. n. 3. & alii.

23. Pro n. 3. nota, quod apostasia hic intelligitur, quando quis recedit a Religione animo deserendi illam, vel nunquam ad illam revertendi. Quod si, etiam sine habitu, recedat sine licentia, animo tamen secundi, non est apostata, sed fugitiva.

Lez.

Lez. tom. i. c. 16. n. 7. cum Val. Sanch.. Don. tom. i. de Apostatis tr. 6.
q. 2. cum Cajet. Sanch. Nav. & aliis. Et tunc non incurrit hunc
casum reservatum.

24. Pro num. 4. nota, quod si quis egreditur in crepusculo
dies, vel noctis, non incurrit hunc casum reservatum, quia
etiam secundum communem modum loquendi non dicitur ne
x, nisi sint tenebrae, & totaliter lux recesserit; & per consequens in
tali crepusculo non est egressio nocturna. Junip. p. 3. disp. 5. q. unica
c. 2. & Peyr. tom. 2. q. 3. c. 2. §. 1. quia adhuc est aliqua lux in aere
per unam horam cum quadrante circiter post occasum solis, &
per unam horam cum quadrante circiter ante solis ortum. Si
quis autem egreditur nocte, sed omnibus, vel aliquibus vi-
dentiibus (qui tamen non sine complices delicii; nam si duo
amici vident, & expectant, & custodiā faciunt, incurritus
casus reservatus), non incurrit casum reservatum, quia non est
egressio furtiva, licet esset sine licentia. Junip. loco cit. Peyr.
tom. 2. q. 3. c. 2. §. 1. Quod si est cum licentia Superioris reservan-
tis, vel valentis in casu reservato reservationem tollere, lices
egressio fiat nocte, & clam, jam non incurritur casus reservatus,
ut patet. Tunc autem in hoc casu dicitur quis egredi e Monaste-
rio, quando egreditur extra portas claudentes Monasterium de
nocte, etiam si non egrediatur extra septa, seu extra totum re-
cinctum Monasterii.

25. Pro n. 5. nota quod licet in rigore omne peccatum contra
paupertatem sit proprietas, hic tamen per proprietatem intelligi-
tur, quod Religiosus teneat aliquid occulte, & contra voluntatem
Superioris. Junip. p. 3. disp. 5. q. unica c. 2. Bassaeus cum Sit-
vio, & Crouseß. In quantum enim ad personas juris incurriendas
sic intelligitur proprietas, ut communiter docetur.

26. Pro n. 6. nota, pro iudicio regulari intelligi illud, quod
sit apud personas regulares, ut vult Lez. tom. 4. v. Juramentum
n. 13. Peyr. tom. 2. q. 3. c. 2. §. 1. Unde juramentum falsum apud
Protegatores, Nuntios, Inquisidores, &c. non comprehenditur
sub hoc casu reservato, quia isti sunt Judices seculares. Lez. loc.
cit. ubi plura alia docet pro hoc casu reservato. Oppositum te-
net Peyr. loc. cit.

27. Pro n. 7. nota, quod in dubio factus post 40. dies supo-
ponitus animatus, quia supponitus masculus ex l. feminina, &

ex Stilo S. Penitentiarie argumento c. significasti 2. de homicidio. Bon. Salm. & alii: & sic incurritur hic casus reservatus. **Alia vide apud Lez. tom. 4. v. Abortus.**

28. Pro num. 8. *in falsificatione manus, aut sigilli Officialium Monasterii*, nomine Officialium venire tantum Vicarium, Procuratorem, Sacram, &c. vult Portel. apud Lez. tom. 4. v. Falsarius n. 4. Venire etiam Priorem, seu Guardianum, Provincialem, Generalem, Procuratorem Generalem, & Secretarium, seu Socium Generalis, quia hi omnes sunt Officiales Religionis, & consequenter Conventuum, vult Lez. cit. cum Peyr. Suar. Junip. p. 3. disp. 9. q. un. casu un. Sed quomodocumque sit, cum Pontifex dicat, *Monasterii*, non Monasteriorum, stricte loquitur de Officialibus ejus Monasterii, in quo falsarius commoratur, non aliorum. Lez. loco cit. cum Portel. Igitur si nomine Officialis venit etiam Generalis, qui residet Romæ, & falsarius moretur Neapoli, falsificans ejus manum, vel sigillum in Monasterio Neapolis, non incurrit hunc casum reservatum. Et quia dicitur, *falsificatio*, si quis literas falsificat, quamvis non utatur, quod incurrit casum reservatum vult Lez. loco cit. contra Peyr. Negat etiam Junip. loco cit. sicuti ex opposito uti literis ab alio falsificatis, & casu inventis non comprehendi sub hoc casu reservato docet Lez. loc. cit. cum Bord. quia hic non falsificat. Per falsificationem autem manus, aut sigilli, non venit quaecumque fabricatio manus, aut sigilli (*falsificare* est versus literas ab eorum veritate immutare: *fabricare* est eas configere: ex Lez. loc. cit. n. 2.) ad instar manus, vel sigilli Officialium, sed requiritur, quod etiam literæ consignentur. Lez. loco cit. n. 4. cum Suar. Bord. Tandem falsificationem manus, aut sigilli Officialium de rebus non pertinentibus ad Monasterium, sed ad personas Officialium materialiter sumptorum, non cadere sub hoc casu reservato, omnino certum puto, & ita tenet Junip. loc. cit. & probabile censet Lez. loc. c. quia odia debent restringi, & verba sumi formaliter, non materialiter. Opposicū tenet Suar. & Portel. apud Lez. cit.

29. Pro n. 9. *in furto de rebus Monasterii* non sufficit, quod fursum sit mortale ex conscientia erronea, vel ex aliquo mortali fine, sed debet esse mortale ratione materiæ, quia, *in ea quantitate, qua sit peccatum mortale*, dicitur ibi. Sed quenam quantitas

titas requiratur in furto a Religioso de rebus Monasterii commisso , ut sit peccatum mortale , multi multa dicunt. Quare sequentia sunt notanda.

30. In falso ut sic , ut est communior sent. apud Salm. de restitut. tom. 3. tr. 13. c. 5. n. 14. debet attendi , non solum quantitas materiarum , sed etiam conditio personae , cuius est res , ut videatur , si illi affert grave damnum , & per cons. sit mortale : nam furari duos julios diviti non affert grave damnum , bene tamen pauperi . Sic etiam quoad Monasterium in furto a Religioso commisso debet considerari , si Monasterium est opulentum , vel non ; & sic major , vel minor quantitas sufficit ad mortale , ut distinguit etiam Junip. loco cit. & de Lugo apud Salm. loc. cit. c. 6. n. 46.

31. Et relinquendo opiniones illorum , qui nimis rigorose , vel nimis laxe de hac materia scripsierunt , placet sententia mea docens , quod , nisi ab homine mediocriter divite (quis furetur quatuor julios (julius , argenteus , & regalis ejusdem sunt valoris per Tamb. & Sanch.) , seu secundum monetam propriam loci quatuor regales , vel carolenos , plus , vel minus , secundum statum , & conditionem domini , non est peccatum mortale . Et ita Busemb. lib. 3. tr. 5. c. 1. dub. 2. Serra apud Salm. loc. cit. n. 14. Prad. Villal. Maure , Sanch. Peyr. Lez. Ledes. Garcia apud eosdem Salm. loco cit. n. 17. Bonac. de contr. d. 2. q. 8. p. 1. Tamb. tom. 1. in 7. decal. præc. P. Nav. apud Anacl. in 7. decal. præc. de rest. q. 1. Fel. Pot. fol. 276. Donat. tom. 1. de largit. monasterum tr. 15. q. 19. n. 34. Coriol. p. 2. c. 8. 6. 10.

32. In furto autem filiorum respectu Patrum mediocriter divitum major quantitas requiritur ad mortale , plus , vel minus , secundum statum , & conditionem Patris , quia Pater non est tam invitus respectu filiorum , quam respectu aliorum . Et licet DD. ordinarie non determinent summam , fere omnes tandem in filiis ad mortale requirunt multo plus quam duplicatam summam , que assignatur pro aliis , ut sunt Busemb. lib. 3. tr. 5. c. 1. dub. 4. cum Less. & Sanch. Bassæus v. Furtum. Salm. tom. 3. de rest. tr. 13. c. 6. n. 46. cum Trull. Bon. Less. Dicast. Lug. Bailez. Bon. disp. 10. q. 2. p. 1. cum Less. Fill. P. Nav. . Junip. p. 2. d. 8. q. 1. c. 2. Felix autem Pot. duplicatam summam requirit fol. 277. & Renzi lib. 2. tr. 7. q. 14. alt. summam quoque , vel septem argenteorum

Dom

non esse materiam gravem in filiis parentum mediocriter dicitur.

33. Deinde de furto Religiosorum discurrendum est sicuti de furto filiorum circa quantitatem requisitam ad mortale. Et ita Salm. tom. 3. de fest. tr. 13. c. 6. n. 43. cum Sanch. Rebel. Pag. Pelliz. Renzi cit. Ant. a Sp. S. cum Ledes. Cened. Nav. Caram. & aliis. Junip. p. 3. d. 8. q. 1. c. 2. Ac deum Fel. Pot., hanc esse communem DD. doctrinam testatur fol. 277. num. 2632. Ratio ipsorum est, quia Superior non debet credi magis invitus quoad suos subditos in hoc, quam Pater respectu filiorum; nec minùs liberalis de patrimonio Christi, quod nec proprio labore, nec hereditate acquisivit, quam Pater secularis de suo.

34. Igitur, relictæ opinione illorum, qui propter unum, vel duos julios Religiosum damnant de mortali: relictæ etiam opinione illorum, qui multò majorem summam requirunt, concludendum est ex dictis, quod sicuti ad mortale in furto filiorum respectu Patrum mediocriter divitum requiritur duplicata saltem quantitas, octo scilicet juliorum, vel carolenorum circiter, aut regalium, ut ex n. 31. & 32. ita ad mortale in Religioso in furto de pecunia, vel rebus non usu consumptilibus sui Monasterii, requiritur quantitas saltem octo juliorum, regalium, seu carolenorum, secundum monetam usualem, & propriam loci, plūs, vel minus, secundum statutum Monasterii. Monasteria enim Religiosorum ordinarie debent comparari ob paupertatis votum, non Patri familias valde diviti, sed mediocriter diviti, ut Salm. loc. cit. n. 43. & Renzi loc. cit.

35. Et de facto, quod summa octo juliorum requiratur ad mortale in furto facto a Religioso, ut supra, sive absolute, sive ob comparationem ad filium familias, implicite docet Renzi cit. & expresse Cened. cum P. Ledes. apud Dian. p. 1. tr. 6. ref. 36.: ac Pelliz. correctus tr. 4. c. 2. sect. 4. n. 354. docet, quod pro mortali furto facto a Religioso respectu Monasterii major quantitas assignari potest, quam sex argenteorum: dummodo iudicio prudentis non sit immoderata. Ilbi nota, quod respectu Monasterii observantioris, & pauperculi, quod de sola mendicitate vivit, ut sunt Minores reformati, Cappuccini, &c. minor summa, quam octo juliorum, seu carolenorum sufficit ad mortale. Et ita Pelliz. cit. cum de Lug., ab ipso sic explicato; & quid simile docent Salm.

Salm. tom. 3. de rest. tr. 13. c. 6. n. 44. quamvis plerique DD. ex ci-
tatis, & alii non distinguant in summa octo juliorum de Ordin-
ibus observantibus, vel aliis.

36. Eadem etiam quantitas octo juliorum circiter requiri-
tur ad mortale, si Religiosus foretur ab alio Religioso ejusdem
Monasterii; quia eadem quasi ratio est, cum bona Religiosi sint
ipius Monasterii. Sic Cened. cum P. Ledes. apud Dian. cit. requirit
plusquam octo, vel novem regales; & coasentire videtur Dian.

37. Sed in rebus usu consumptilibus, seu in comedibilibus
adhuc majorem quantitatem, quam octo juliorum requiri ad
mortale, etiamsi non interpolatim sumantur, sive respectu Mo-
nasterii, sive respectu particularis Religiosi volunt Cened. & P.
Ledes. cit. & ita communiter omnes apud Salm. tom. 3. de rest. tr.
13. c. 6. n. 56. quia in his non est tanta indecentia; nec Superior
censetur tam invitus, quam in aliis rebus.

38. Quoad summam minorem assignatam sive respectu
Monasterii, sive respectu particularis Religiosi, si Superior esset
graviter invitus, non solum quoad modum accipiendi clam, sed
etiam quoad substantiam rei, non per hoc esset peccatum mor-
tale, quia esset irrationaliter invitus, cum Religiosi sint consi-
derandi, *non sicut servi sub lege, sed sicut liberi sub gratia con-
stituti*: ex reg. S. P. Augustini. Ita Fag. apud Pelliz. cit. Salm. loc.
cit. n. 44. sicuti apud ipsos dicunt DD., filios non peccare morta-
liter in summa, quæ judicio prudentum non videtur notabili-
lis, ita ut parentes possint esse graviter rationaliter in invito
quoad substantiam; & si sint, certe irrationaliter sunt. Cum
enim quantitas furti mortalis non sit a jure determinata, stan-
dum est judicio prudentum, sicuti de facto plures DD. non
audent illam determinare, sed prudentum judicio remittunt,
attentis scilicet omnibus circumstantiis; & qui illam determi-
nant, hoc faciunt, quia rationalibilis ipsis talis determinatio vi-
detur. Ubi ergo tot viri prudentes illam, sive pro filiis, sive
pro Religiosis assignant, irrationalibile erit ab illa discedere.

39. Quoad summam assignatam in furto Religiosorum
n. 34. notandum, quod licet summa minor, v.g. septem juliorum,
seu carolenorum circiter non sit peccatum mortale, non potest
tamen sumi plusquam semel in anno; si autem bis sumeretur in
spatio unius anni, jam esset peccatum mortale, quia continua-

rentur furtā ; nam ex una patte spatium unius anni est sufficiens ad interruptionem moralem dictarum summarum , ut proportione servata ad furtula patebit ex n.42.cum etiam Cened. & P. Ledes. cit. requirant solum sex menses , & Sanch. pro paruis quoque furculis requirat spatium unius anni , ne contineantur , ut n. 42. ac Salas. Lug. Cened. Nav. Sot. Laym. & alii apud la Croix.dib.3. p.1. n.1032.spatium unius anni requirant , ne continuetur materia levis in furto filiorum : & ex alia parte per spatium minus uno anno nimis videretur excrescere damnum Monasterii in dicto casu ; præsertim si plures Religiosi , licet non ex condicto,furarentur .

40. Quod Religiosus accipiendo de bonis Monasterii modica paulatim , si perveniat ad unam quantitatem gravem , peccet mortaliter (& sic casui reservato subdatur) , certum est ob prop. 38. damnatum ab Innoc. XI. ut notat etiam Cass. a S. Elia de paupert. retig. 6.2.

41. Hic tamen notandum , quod in minutis furtis interpolatim factis , etiam respectu unius personæ , seu in casu nostro unius Monasterii major quantitas secundum communem fene. requiritur ad mortale ; quia dominus est minus invitus , si auferantur modica paulatim , quam si una gravis quantitas simul , ut experientia etiam constat . Et sic in dicto casu requiri ad mortale quantitatem duplo majorem , si inter furtula ad sit notabilis interpolationis docent Salm.de restit. tom.3. tr.13.c.5. n.19. cum &els. Lug. Sanch. Bon. Trull. Villal.. Dian. p.1.tr.6.ref.34. Supposito tamen , quod furans non habuerit animum ditescendi , sive replicandi illa furtula (quia sic , licet per notabilem interpolationem esset discontinuatio physica , non tamen moralis) , sed quod per accidens in diversis occasionibus , modo unum , modo alterum furtulum committat . Salm. loc.cit. cum DD. cit. Dian. loc.cit. & hoc idem colligitur ex Wigan fol. 327. tr. 15. q.20.in fine dicente , quod si duo juli in furto sufficiunt ad mortale , quantitas duplo major debent esse ad minus quatuor julli cum dimidio.

42. Magna autem interpolationis inter dicta furtula , ne morali continuuntur , habetur per spatium unius mensis integrum , & aliud furtulum per Nav.Graff. Dian. a S.Baust. & Thefaur. apud Don. tom.1.de largit.mun. tr.15.q.20.n.29.Per Bonac. autem

Autem de largit. mun. disp. 3. p. 5. cum Nav. Less. Rebell. Sanch. habetur, si quis aliquot diebus unius mensis res minimas furatur, & post unum, vel duos menses alias res minimas furatur. At per Garciam, Dian. Pill. Ant. a Sp. S. apud Salm. tom. 3. de rest. tr. 13. c. 6. n. 54. habetur per spatium unius mensis, vel dimidii. Sanch. tandem tom. 2. lib. 7. c. 21. n. 10. requirit spatium unius anni. Sed mellius Tamb. id remittit arbitrio prudentis.

43. Loquendo de comestilibus, seu de rebus pertinentibus ad cibum, & potum, dicendum, quod si Religiosus de cibis ordinariis paulatim sumat, etiamsi deveniendum sit ad notabilem quantitatem, non peccat mortaliter, & etiamsi non adsit illa magna interpolatio, quia Superior non est rationabiliter graviter invitatus, prout non est Pater respectu filiorum. Salm. tom. 3. de rest. tr. 13. c. 6. n. 58. cum Garcia, Ant. a Sp. S. Sanch. Paiaq, Bonac. Pelliz. Dian. Lug. Tanner. . Cassian. a S. Elia loc. cit. Sed quænam sit haec notabilis quantitas, non facis explicant DD. citati; attenuam cum dicant, hoc valere, non precise ratione discontinuationis, sed quia Superior non censetur rationabiliter graviter invitatus, credo, quod intelligi debent juxta sensum DI. sequentium, qui dicunt, talia furtula esculentorum non continuari in ordine ad constituendam materiam gravem, quod est dicere, quod etiamsi quotidie sumantur, nunquam devenietur ad materiam gravem, & mortalem, etiamsi Religiosus haberet animum deveniendi ad quantitatem in se notabilem, quia hic agitur de comestilibus, & assertio non procedit ratione discontinuationis, sed quia Superior non est in his rationabiliter graviter invitatus. Et ita Dian. p. 1. tr. 6. rest. 35. cum Bonac. Sanch. Fernand. Graff. Tanner. . Salm. loc. cit. cum Garcia, Ant. a Sp. S. Sanch. Bonac. Pelliz. Dian. Lug. Tanner. Et sequitur a fortiori ex eo quia talia furtula non continuari in ordine ad constituendam materiam gravem, nec etiam in famulis, docent Villal. Less. Tap. Trull. Dian. apud Salm. tom. 3. de rest. tr. 13. c. 6. n. 41. Busemb. lib. 3. tr. 5. c. 1. dub. 4. cum Laym. Escob.. Less. Cajet. Nav. Bañez. Sayr. Less. Regin. Sanch. Moya. Dian. Amic. apud la Croix lib. 3. p. 1. n. 3016. & de cibis, qui non tam accurate a domino clauduntur, tonet Dian. p. 1. tr. 6. rest. 34. cum Megal. Less. Nav. Regin. P. Nav. Sayr. Bañez. Cajet. & aliis. Neque obstat prop. 38. damnata ab Innoc. XI. ut colligitur etiam ex Viya in prop. 29. Alexand. VII. n. 12.

& ex Fel. Pot. fol. 277. n. 2626. quia propositio illa fundabatur præcise in eo, quod illi Auctores dicebant, plura minuta furcula non coalescere in unum; sed hæc doctrina fundatur in eo, quod Superior, & dominus in his non censetur rationabiliter graviter invitus.

44. Plura tamen sunt hæc advertenda. Et quidem hæc doctrina procedit, si alijs talis damnificatio non esset nimia, ut notant Cass. a S. Elia cit. & alii; que tamen nimia de cibis ordinariis esse non potest, per se loquendo, quia Religiosus, quantum magis edit in abscondito, tanto minùs edet in mensa, vel refectorio; nisi velit cum duplicita malitia procedere, si v.g. cibos determinate assignatos velit distrahere, & postea de cibis, qui sine pondere, & mensura dantur, velit se replere; quia tunc sepieter ista esset eum fraude Monasterii; & sic, si hoc fieret in quantitate notabili, incideter in casum reservatum. Deinde mortaliter est, & per consequens Religiosi incurunt hunc casum reservatum, si pro materiis quantitate sumerent de cibis extraordinariis prætiosis, vel qui servantur pro infirmis, Hospitalibus &c. ut Salm. cum citatis DD. in locis respective citatis. Sic etiam mortaliter peccat filius, famulus, Religiosus (qui incurrit etiam casum reservatum) si cibos ordinarios in quantitate n. 41. assignata sumat ad vendendum, vel ad dandum aliis, etiam in ipsis commodum, & famulatum, eum DD. citati concedant solùn, si sumat, ut presentane edat, etiam cum focio.

Sed de pitancia, & aliis cibis, quos Religiosus habet in determinata quantitate, ita ut, sive sufficient, sive non, Monasterium non subministret in majori quantitate, quicquid superest, potest ipse dare extraneis (nisi adhuc præceptum Superioris in contrarium), quia supponitur licentia tacita; & sic non peccat, nec subditur huic casui reservato. Nav. & alii communiter.

45. Procurator, Oeconomicus, & similes Officiales quantum ed eorum personam judicandi sunt sicut cæteri Religiosi; quantum verò ad eorum officium, cum nullus ex his sit dominus, nec dispensator primarius Monasterii, sed secundarius dependenter a voluntate Superioris, si sine licentia expressa, vel probabilitate præsumpta (hæc possunt conscientiae hallucinari, si nimis, & facile præsumant) de rebus Monasterii distrahanter, vel docentes, sive exercitantes, sive Religiosis ipsis in quantitate juxta super-

superius dicta notabili, furtum committunt, & consequenter ad restitutionem tenentur, & hunc casum reservatum incurront, quia nihil refert ad furtum, si quis pro se, vel pro dando alii accipiat. Possunt tamen eleemosynas, vel donationes facere juxta quantitatem administrationis, & consuetudinem, quae Superior, conferendo officium, censetur etiam conferre facultatem excedendi ea, quae in ea Religione exerceri solent. Bonac. de largit. mun. disp. 3. p. 6. num. 16. cum Nav. Mol. Sanch. Azor. Ob id excusantur munera largientes Officialibus Principum, & Praelatorum, quorum opera indigent. Bonac. cit. Sed si parciunt Religiosis OEconomus, & similes Officiales contra voluntatem Praelati, peccant mortaliter contra votum paupertatis, quia sic res dispensant tanquam si essent domini, & proprietatis; quod ex genere suu mortale est, nisi excusat a mortali pavitas materie. Ita DD. communiter; & praesertim Rodriq. exercidi perfez. p. 3. tr. 3. c. 12. Non tamen incurront casum reservatum, quia non committunt furtum.

46. Si sine licentia expresa, vel probabilitate presumpta OEconomus, & similes Officiales emant, vet vendant, quamvis peccant mortaliter contra paupertatem, ut docet Busemb. lib. 4. c. 1. dub. 4. cum Laym. & D. Th. . Don. tom. 1. tr. 1. q. 23. cum D. Th. Sylv. a S. Fausto, Thesaur. Mirand. tom. 1. q. 28. art. 12. cum D. Th. quia exercent actum dominii excedendo limites sua facultatis, non tamen committunt furtum, nec incurront hunc casum reservatum; saltem, quia emendo sic, vel vendendo, tantundem Monasterium acquirit, ac deperdit.

47. Sub hoc casu reservato comprehendit Quartum de rebus Religiosi, quia res Religiosi etiam sunt Monasterii, docent Peyr. tom. 2. q. 3. c. 2. f. 1. Lez. tom. 4. v. Furtum. n. 6. Coriol. p. 2. cap. 8. dub. 5. n. 13. & plures alii dicentes etiam, ita declaratum fuisse a Clem. VIII. Oppositum tenet Dian. p. 1. tr. 6. ref. 43. cum P. Ledes. & Cened. quia res Religiosi non dicuntur directe res Monasterii. Ad declarationem Clementis VIII. dicunt de ipsa non constare authenticæ.

48. Non tamen comprehenditur sub hoc casu furtum de re levii, quamvis inde sequatur damnificatio gravis, quia non est furtum in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale. Junip. p. 3. disp. 8. q. 1. super hunc casum, & in simili Fegech in variis addi-

tagion-

tamentis n.69.cum Bonac. Bill. Nav. Clav. Reg. Vasq. Rebell. & aliis.

49. Non incurrit huic casum reservatum ; immo neque peccat Religiosus ille , qui absque aliqua Prælati licentia ex bonis Monasterii aliqua comedibiliis , medicinas , aut vestes accipit , ut suæ necessitati consulat , dummodo tamen non plus accipiat, quam opus sit , & ex alia parte Monasterium commode date posset ; quia Superior dare tenetur ex justitia hujusmodi necessaria quo ad victimum , & vestitum suis subditis secundum conditionem cuiuslibet Religiosi , & consuetudinem Religionis. Peyr.tom.1.q.2.c.2.§.4.cum Rodriq.Sayr. Val.Barthol.a S.Fausto, Sanch. Ledesm.. Lez.tom.1.c.6.n.31.cum Nav.Sayr. . Salm.tom. 4.c.15.c.6.n.8.

50. Pro n. 10. de lapsu carnis voluntario opere consummato, nota , quod sub hoc casu cadit actus impudicus perveniens ad consummationem actus in sua specie, v.g. fornicationis, adulterii, pollutionis,&c. Lez.tom.1.c.6.n.10.cum Suar.. Peyr.tom.2.q.2. c.2.§.1. Non comprehenduntur tactus impudici , oscula, & similia,quia non sunt lapsus carnis opere consummatus. Lez.& Peyr. loc.cit.Dian.p.3.fr.2.ref.118.

51. Pro n.11. de occidente , vulneratione , seu gravi percussione cuiuscumque persona , nota , quod nomine vulnerability hic venit gravis vulneratio , non levis , & qua faciliè , & cito naturatur. Lez.tom.4.v.Homicidium n.3.cum Graff. & Long.. Peyr. loc.cit.cum dictis Graff.& Long. Sic etiam debet esse gravis , seu enormis percussio , non levis , vel mediocris , ut explicatur in excom. ob can. ~~Si quis~~ suadente , &c. Lez. & Peyr. loc. cit. cum Fag. & Long.Cum autem dicat Pontifex , cuiuscumque persona, merito intelligitur quicumque homo, sive secularis , sive Ecclesiasticus , sive Christianus , sive infidelis. Lez. loc. cit. cum Peyr. Bord.

52. Pro n. 12. de malitioso impedimento , aut retardatione, aut apertione literarum a Superioribus ad inferiores , & ab inferioribus ad Superioribus , nota , quod malitia hic cadit super omnia dicta tria membra , ac si diceretur , malitiosum impedimentum, malitiosa retardatio , malitiosa apertio , ut ex Peyr.loc. cit. Quia autem requiritur malitia , excusat ab hoc casu reservato , nedum bona fides , sed negligentia , vel imprudentia . Peyr. loc.

loc.cit. Excusatur tamen qui aperit literas inferioris ad Superiorum probabilitate timens de rebus gravibus falsis (non sic autem de veris) contra se , vel alium , & illas retardat quousque Superior informetur ; vel etiam comburat ; quia hic prævalet præceptum naturale de vitando injusto damno. Lcz. tom. I. c. 8. n. 30. cum Nav. & Peyr.. Peyr. loc.cit. Nec item incurrit , qui epilicet Prælati in suo cubiculo apertam inventam ad Subditos directam legeret , quia non impedit , non retardat , non aperit. Peyr. loc. cit. . Nomine inferiorum hic veniunt Subditi : unde non incurrit hunc casum qui aperit literas Superioris directas ad sacerdotalem , quia non est Subditus regularis. Peyr. loc.cit. Nec incurrit , qui aperit literas Prælati forensis directas ad suum Subditum , quia neuter spectat ad hoc Monasterium , in cuius utilitatem sit reservatio , & cujus tantum cura pertinet ad hunc Superiorum . Incurrit tamen , qui aperit literas Religiosi hujus Monasterii ad Generalem , vel Provincialem directas , licet Generalis , & Provincialis sint de familia alibi ; & ideo dicitur , *ad Superiorum* ; vel qui aperit literas Generalis , vel Provincialis ad hos Religiosos ; & ideo dicitur , *a Superioribus ad inferiores.*

53. Nostrí Abbates titulares non subduntur calibus reservatis Superioris localis , quia sunt immediate subjecti Abbatii Generali . Ita mihi respondit Reverendiss. Abbas Generalis Varese . Possunt autem de casu , qui a Superiori locali est reservatus , absolví per Confessarium Monasterii , non ut est deputatus a Superiori locali , quia ipsi est adempta facultas circa hunc casum , sed prout est electus ab ipsis Abbatibus titularibus , ut cap. I. n. 22. Quod si incident in aliquem casum Papalem , debent recurrere ad Generalem ; si tamen volunt se submittere Superiori locali , possunt ab illo per privilegia absolví , seu a Confessario per illum deputato . Ita mihi consuluit P. Ceccarelli nunc Archiep. Lanclanen. Et confirmatur , quia Religiosi exempti possunt de consensu sui Superioris absolví , & dispensari ab Episcopis juxta Episcoporum facultates , si eis se subjiciant. Bon. tom. I. de sacram. pœnit. d. 5. q. 7. p. 4. §. 1. cum Eurip. Regin. Sanch. & aliis. Ita a pari.

Oblati , qui in Religione emittunt tria vota simplicia , & possunt ex iusta causa expelli , cum debitum tamen conditionibus juxta Constitutiones cuiuscumque Religionis , cum sine vere

Rca.

Religiosi, ut docent Salm. tom. 4. tr. 1. §. c. 1. n. 35. cum Lez. Rodriq. Ant. a Sp. S. Pelliz. Suar. . Castrop. tom. 3. d. 1. p. 9. cum Suar. . Lez. tom. 1. c. 2. n. 3. cum Valsq. & Sanch., tenentur in conscientia ad vota, ad cætera præcepta, regulas, & Constitutiones; & subduntur casibus a Prælato Monasterii reservatis usquedum non sint legitime expulsi.

54. Casus reservati a Superiori Regulari sine Capitulo Generali, vel Provinciali cessant morte Superioris reservantis, vel per renunciationem, privationem, suspensionem, vel cessationem ab officio, quia tunc reservatio non est a jure, vel statuto, sed ab homine, & per modum simplicis ordinationis. Lez. tom. 3. v. Casus reserv. n. 17. cum aliis. Dian. p. 3. tr. 2. resol. 23. cum Gran. . Mendo in Epit.

Nota, quod Confessor habens auctoritatem delegatam non potest absolvere illum, qui publice incidit in casum reservatum, ut quando duo Religiosi se publice percutiunt, sed hoc spectac ad Superiorum, quia talis censetur esse mens Superioris, & talis est consuetudo. Peyr. tom. 2. q. 3. c. 2. §. 1.

55. Vicarii in absentia Prælati per 24. horas, de quibus in cap. ult. §. 1. n. 38. dicetur, possunt concedere facultatem absolucionis a reservatis. Ratio est, tunc ne subditus decineatur in malo statu; tum quia tunc est absolutus Superior Monasterii modo, quo ibidem dicetur. Dian. p. 3. tr. 2. resol. 28. cum Peyr. Homob. Beja, Nald. Et quamvis Diana dicat, quod si subditus ex industria distulerit confessionem usque in illum diem, non possit a reservatis absolvi, bene tamen Aluiset in suo tract. de privil. hoc non admittit, quia adhuc Vicarius in dicto casu habet totam auctoritatem. Hinc intelliges id, quod in nostris Constit. p. 2. c. 7. dicitur de Vicariis: *In absentia propriorum Prælatorum spirituali jurisdictionem in subditos exercebunt, subditis licentiam confitendi, & domo exeundi tribuent, &c.* Nam primum, & secundum intelligitur de absentia Prælatorum per 24. horas modo, quo in cap. ult. dicetur, quamvis licentiam exeundi possint in modica absentia dare, sic consuetudine legem interpretante.

56. Hic nota, quod supradicti Vicarii possunt suam jurisdictionem, cum sit ordinaria, in absentia Prælati, per 24. horas modo dicendo, alteri delegare, quia juxta regulam Juristarum, qui habet jurisdictionem ordinariam, potest illam alteri delegare.

57. Quia

§7. Quia Religiosus hospes, seu peregrinus non subiacet præceptis particularibus Monasterii, ubi reperitur, secluso scandalo, & particulari Ordinis Conſtitutione (qua Conſtitutio, & praxis non extat apud nos), ut docent Salomon. tom. 4. de statu Religioso tr. 1 s. c. 4. n. 6. 1. cum Bonac. & Sanch. innumerous referente: & deducitur ex com. seqt., quam tenet Busemb. lib. 1. tr. 2. c. 2. dub. 3. de peregrinis, quamvis plures DD. teneant oppositam, sequitur, quod si in Monasterio, ubi reperitur Religiosus hospes vel peregrinus peccans, sit casus a Prælato locali de tali peccato reservatus, qui non est reservatus in suo Monasterio, non incurrit talem reservationem, quamvis non possit hic a communī Confessario absolvī, quia talis Confessarius non habet circa hoc peccatum facultatem absolvendi, ut ex com. doctrina docetur de penitente ſeculari. Et ita Peyer. tom. 2. q. 3. c. 2. cum Suarez. & Cajet. Unde etiam si talis Religiosus committeret tale peccatum hic ubi est reservatum, reversus in suum Monasterium, ubi non est reservatum, potest ibi absolvī a quocumque Confessario, ut ait idem Peyer.

§8. Quod si e contra casus est reservatus in suo Monasterio, ubi jam illum incurrit, sed non est reservatus in hoc Monasterio, si non venit in fraudem reservationis, potest hic absolvī a communī Confessario, quia peregrinus debet judicari juxta leges loci, in quo reperitur; nec Confessarius tenetur scire casus reservatos cuiuscumque Monasterii. Totum hoc assertum sequitur etiam ex bulla Superni, quam vide in cap. ult. §. 3. ; in ipsa enim hoc expreſſe conceditur pro ſecularibus, qui non veniunt in fraudem reservationis. Et ita ſpecialiter de Religioso docet Peyer. cit. cum Suarez. D. Antonin. Bill. S. Portel. Cajet., excepto quod concedit etiam quando Religiosus venit in fraudem, quia ipſe ſcripsit ante Bullam Superni. Sed quod si Religiosus venit in fraudem, non possit absolvī a reservatis, docet etiam Lez. tom. 3. v. Confessarius num. 19.

Quando autem dicatur penitens in fraudem reservationis migrasse, vide in cap. ult. §. 3. in fine.

§9. Insuper notandum, quod ex casibus, qui a Superiora Regulareſ reservari poſſunt, aliqui incurruunt a Religioso peccante extra ſunum Monasterium, aliqui non ita: quod debet attendi ex iphis verbis reservationis; nam Superior per casum re-

servatum, vel intendio tantum bonum spirituale Religiosi, & tunc iste incurrit ubique talis casum reservatum; quia Religiosus ubique est subditus sua Superiori: vel intendit simul bonum etiam, & decorum Monasterii, de quo curam habet, & tunc Religiosus non incurrit, nisi delinquit in suo Monasterio, vel in detrimentum sui Monasterii, prout verba reservationis important. Hinc Religiosus delinquens incurrit ubique omnes causus clementinos a sua Superiori reservatos, excepto secundo, & tertio, ut consideranti patebit. Idem proportione servata dic de casu reservato pro tota Provincia, vel Religione.

60. Si poenitens, prout ordinarie contingit, erubescit adisse Superiori pro licentia pro peccato reservato, tenetur Confessor ex charitate, si commode potest, ipse petere licentiam. Lex. tom. 3. v. Casus reserv. n. 23.

61. Quæri solet, quid importet clausula illa de n. 18., *illa vice an scilicet, quod Confessarius regularis possit solum pro una vice absolvere, an vero, toties, quoties petit licentiam, & Superior illam negat?* Et quod solum possit pro una vice, tenet Lex. cit. cum Nald. Sed quod intelligatur qualibet vice, toties, quoties, si Confessor talem licentiam dandam esse, ipse in primis judicaverit, docet Tamb. tom. 2. de casibus reserv. cum Pelliz. Diana. Dicari. Bordi. Fel. Pet. fol. 642. cum Diana. & Don. tom. 3. de Confess. Monialium tr. 13. q. 29. Quia Pontifex non dicit, *pro illa vice tantum.* Et sanè quodnam magnum remedium dedisset Pontifex ad evitandum æternæ damnationis periculum, & desperationem si pro una vice tantum hoc concessisset, cum per multos annos Religiosi manentes sub eodem Superiori possent pluries, & pluries in casum reservatum incidere? Et hoc multò magis valet de illis Monasteriis, in quibus in perpetuum casus sunt a Religione reservati.

62. Arguit hic Lex. quia Pontifex ait, quod Superior Regularis potest audire confessionem Subditorum, si aliquod peccatum reservatum admiserint. Ergo non tenetur dare semper licentiam pro reservatio. Ergo, &c. Sed responderetur, quod detrimentum illud factum fuit a Clem. VIII. & confirmatum, atque modicatum per Urb. VIII. qui addidit illam clausulam, *illa vice.* Ignotus standum posteriori determinationi; & sic pro qualibet vice, pro qua ipse in primis Confessarius reservatorum absolu-

solutionem committendam esse judicaverit, Superior tenetur dare licentiam. Alias non tenetur dare: & quando non tenetur dare, tunc subditus tenetur Superiori confiteri.

Hic nota, quod clausula illa, *ille vice*, intelligitur solum de casibus a Religione reservatis, cum de his tantum sit sermo in decreto illo Clem. VIII. & Urb. VII. Unde de casibus Papae reservatis, de quibus Superior Regularis privilegium habet absolvendi, non valet illa clausula, & possit Superior negare Confessorio facultatem, & sic non possit Confessor absolvere, sed penitens tenetur accedere pro absolutione ad Superioram, & ipsi confiteri. Sed nota, quod Superior, sive sit Episcopus, sive Praelatus Regularis, mortaliter peccat, si sine justa causa diffici-
lis est in concedendo licentiam pro absolutione reservatarum, quia possit penitens dominino omittere confessionem, incidere in desperationem, &c. Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 2. dub. 3. cum Quintenad. Pag. Con. & aliis. Tamb. tom. 2. de casibus reserv. Justa autem causa cur Superior possit negare licentiam pro reservatis, dicitur num. sequ.

63. Si Superior timeat, quod penitens non emendabitur, vel timeat de damno testii, vel boni publici, de infamia Religionis, relaxione vivendi &c. si facile licentiam reservati concedat, quod posse, dempta illa prima vice cognoscere Religiosum ut ad se veniat, docet Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 2. dub. 4. n. 6. cum de Lug. si tamen obligatio penitentis sit certa, & alia remedia adhiberi non possint, ait idem Busemb. cum Suar. : consequenter in dubio de dictis malis debet dari licentia, ut etiam docet Tamb. cit. ; que-
tamen mala rarissime timori passunt, ut nosat Tamb. cum aliis DD., quia hic agitur de foro conscientiae, de peccatore vero penitente, ut supponitur, quem alias Confessor absolvere non debet. Si tamen alia remedia adhiberi possint, ut scilicet penitens per Confessarium Superiori det sufficientem notitiam ad dicta damna evitanda, v. g. quod fabricet illam fenestram, ex qua ipse solet nocte egredi, & egredi possunt alti, Superior debet hoc contentus esse, ut idem Busemb. : & alias Confessor penitentem absolvere non debet tanquam non dispositum, si nolit suar obligationi satisfacere pro remedio communis damni, ut idem Busemb. ; immo etiamsi ipse solus possit inde exire, debet dare hanc licentiam Confessario (si tamen Superior non possit

venire in cognitionem pénitentis), ut sibi tollatus occasio proxima peccandi; aliás non potest absolvī. Viva super decr. de usu scientiae ex confessione habite §. 8. At semper ordinarie loquendo, ut notat Tamb., & quando fieri potest, melius faciet Superior, si licentiam det injungendo obligationem remedii dandi pro damno, quod timeret, quam cogere pénitentem, ut ad se veniat. Cæterū superius in hoc n. dicta procedere possunt in sent. Lez. de una vice. vel quando Confessarius non dandam esse a Superiori licentiam judicaverit; et in alia sent. de n. 61. semper ac pénitens det licentiam Confessario pro danda sufficienti noctis Superiori pro damao, vel occasione peccandi tollenda, potest Confessor, negata a Superiori licentia, absolvere secunda, certa vice, &c. ut n. 61.

64. Ex dictis sequitur, quod stando in hac communiori sententia, neque potest Superior Regularis concedere facultatem reservati sub onere se præsentandi Superiori, ut rationem reddat de peccato reservato, accipiat remedia, instruções, &c. quia esset manifeste illudere intentioni Pontificis, cum eadem, vel forsan majora inconvenientia sequerentur. Et ita Ant. a Sp. S. de casibus reserv. maxime post decr. Urbani VIII. Franc. Bonae Spei, & ipse Lez. tom. 4. v. Casus reservati n. 8.: quamvis plures oppontum teneant, forsan secundūm primam sent. de una vice, vel quia scripturam arte modificationem additam ab Urb. VIII.

65. Religiosus habens casum reservatum, si Superior est absens, & ipse non potest sine scandalo, vel infamia omittere communionem, vel missam, si præter peccatum reservatum nona habet alia mortalia non reservata, non tenetur, per se loquendo, confiteri, ut omnes docent, teste Tamb. tom. 2. de casibus reserv. & tenente Salm. tom. 1. tr. 4. c. 9. n. 37. cum Nuñio, P. de Ledesma. Suar. Coninc. Lug. & Regin. quia idem est, ac si deesset copia Confessarii, cum Confessor præsens non habeat auctoritatem ad reservata, & pro venialibus non sit obligatio confitendi. Sufficit ergo tunc actus coartationis; licet, si præter reservatum habeat sola venialia, possit confiteri, si vult, exponeando venialia, & peccatum reservatum, ut ex Salm. cit. & docet Laym. lib. 5. cap. 6. c. 12. & patet ex n. 66. Sed si credit, se non esse constitutum, tenetur per accidens confiteri venialia præsencia, vel venialia

nalia prius confessa , sive mortalia peccata jam confessa , & simul etiam peccata reservata , ut hæc indirecte absolvantur , ut patet , & docent Salm.cit.cum aliis.

Si autem præter peccatum reservatum , habet aliud mortale non reservatum , & non confessum , tenetur confiteri utrumque (quia confessio sine gravi necessitate non potest dimidiari) ; ut sic absolutio cadat indirecte supra reservatum . Semper tamen ac quis indirecte absolvitur a peccato reservato , debet , cum primùm commode potest , petere licentiam pro reservato , & iterum confiteri solum peccatum reservatum , ut directe ab illo absolvatur ; alijs mortaliter peccat . Et hoc onus tenetur sub mortali Confessor imponere ; & si non imponat , adhuc poenitens ad illud sub mortali tenetur , & confessio valet . Com. sent.

66. Si ultra peccatum reservatum poenitens in casu necessitatis sumendi communionem , vel celebrandi , habeat excommunicationem reservatam occultam , de peccato confiteatur , ut supra ; licet enim Confessor inferior non possit eum absolvere ab excommunicatione , potest confiteri , & communionem accipere , vel celebrare , remanente tamen gravi obligatione , cum primùm commode poterit impetrandi absolutionem a Superiore pro peccato reservato cum excommunicatione ; quia excommunicatione , quamvis privet Sacramentis , non tamen reddit subiectum incapax Sacramentorum , & censentur suspensi effectus excommunicationis de non recipiendis Sacramentis , cum Ecclesia non obliget cum tanto incommodo . Et sic de sacramento poenitentiae est com. sent.apud Peyr.tom.2. q.3. c.2.n.17. apud Laym. lib.1. tr.5. p.2.c.2. apud Carden. super prop.1. Innoc. XI. : & de communione est etiam certa , & com.sent. , ut præsertim Cardene cit.dedicit ex rubr.missalis de defectu dispositionis Anima n. 5. Et licet aliqui dicant , quod statu excommunicatione potest in communionem sumere , non tamen confiteri ; atamen cum dignius sit sacramentum Eucharistie , quam poenitentiae , dicendum , quod si potest communionem sumere , potest etiam confiteri ; immo debet , quia confessio de jure divino debet præmitti communioni . Sent. com. ; sed in particulari de penitente Religioso ita Peyr. tom.2. q.3. c.2. cum pluribus DD. Et in hoc casu multò magis Confessor sub mortali tenetur imponere onus compareodi . Si non imponit mortaliter peccat , sed confessio valet , & adhuc

& adhuc paenitens ad id tenetur sub mortali. Com. sent.

Hic nota, quod qui habens peccatum reservatum confiteatur non habenti facultatem circa reservata ob necessitatem sumendi communionem, non potest in sequentibus diebus communionem sumere, si necessitas non duret, licet non adsit copia Confessarii habentis facultatem circa reservata; quia peccata mortalia debent esse directe absoluta ante communionem, nisi gravis necessitas urgeat. Si autem sequenti die adsit etiam talis necessitas communionis, & adsit copia Confessarii communis, non tam an facultatem habentis ad reservata, potest communionem sumere, & sine nova confessione, nisi adsit novum peccatum mortale. Dicta colliguntur ex la Croix.

67. Et occasione dictorum scierendum, quod qui in articulo mortis absolvitur a peccatis reservatis per inferiorem Confessionem, cessante mortis periculo, non tenetur comparere coram Superiore, quia in articulo quilibet Sacerdos habet potestatem per se, & directe absolvendi ab omnibus peccatis, & censuris ex Conc. Trident. sess. 14. c. 7. nec ulla adeat textus ad id obligans. Com. sent.

68. Qui autem in articulo mortis fuit per inferiorem Confessionem absolutus ab excommunicatione reservata, vel ab alia censura reservata, cessante periculo tenetur comparere coram Superiore, non quidem ut absolvatur a censuris, quia jam ab illis absolutus fuit in articulo mortis, sed ut mandatum ejus accipiat, & condigne satisficiat; alias si cum primum commode potest, comparere contemnit, incidit in eandem, hoc est, in similem excommunicationem reservatam ipso facto, ut expresse in c. Eos qui, de sent. excom. in 6. Com. sent. Et e contra Confessor non habens facultatem ad reservata, & absolvens in articulo mortis ab excommunicatione reservata, vel ab alia censura reservata debet imponere penitenti tria onera, de stando mandatis Ecclesiae, id est, de non committendo simile delictum, ob quod fuit excommunicatus, de satisfacienda parte, & de comparendo coram legitimo Superiore, ut Canones requirunt. Si non imponat, valet absolutio, & adhuc paenitens ad illa sub mortali teneatur, & Confessor graviter peccat. Com. sent. An sit necessarium juramentum pro dictis oneribus vide in cap. ult. §. 9.

69. Confessarius petens licentiam a Superiore pro reservatis, debet

debet ita cante se gerere, ut Superior nullo modo ex verbo aliquo possit venire in cognitionem paenitentis, quamvis & ipse Superior ad sigillum sacramentale teneatur, cum hoc ei dicatur in ordine ad confessionem, ut communiter docetur. Ideo Confessor personam, & casum in specie celare debet, si periculum esse possit manifestationis paenitentis ipsi Superiori; non enim est necesse, & periculorum est casum in specie manifestare. Et licet Superior possit querere de specie peccati, ut possit instructiones dare, paenitentiam texare, &c. Confessor debet speciem peccati ei dicere, si nullum sit periculum fractionis sigilli; alias non debet. Laym. de sacram. paen. tr. 6. c. 1. 2. q. 4. cum Coninc.

Confessarius petens licentiam pro reservatis ad tria debet attendere, ad intentionem potentis, ad verba potentis, & ad verba concedentis. Debet attendere ad intentionem potentis, ipsius scilicet Confessarii; nam petens licentiam pro uno, & in sua mente intendit pro Petro, non potest illa licentia uti pro Paulo, reliquo Petro, quia Superior concedit juxta mentem potentis. Si autem petat pro uno paenitente vague, & indeterminate, & sic etiam Superior concedat facultatem, potest illa Confessarius uti pro Petro, vel Paulo, ac etiam pro se ipso, ut absolvatur ab alio. Si tamen Superior non dicat: *do tibi licentiam, ut illum absolvas*, vel quid simile. Salm. tom. i. de sacr. paenit. tr. 6. c. 1. 2. num. 37. cum Floron. de Leon. Villal. Dian. Avers. Et Dian. Avers. apud la Croix lib. 6. p. 2. n. 1688. Debet attendere ad verba potentis, & ad verba concedentis. Ille si Confessor petat facultatem absolvendi ab uno reservato, & Superior concedat, & addat: *do tibi omnes vices meas*, dat facultatem absolvendi etiam ab aliis. Comm. apud Mendo in Epit. Absolute autem loquendo, & non quando Confessor petat licentiam pro reservato, si Superior dicat, *conceda tibi potestatem absolvendi ab omnibus peccatis*, vel *do tibi omnem meam potestatem*, non concedit casus sibi reservatos, nisi aliunde hoc constet, quia in generali confessione non veniunt ea, quae speciali mentione sunt digna. Reg. 81. de reg. juris in 6. Nav. Dicast. apud la Croix lib. 6. p. 2. n. 1630. Sic etiam a peccatis reservatis post obtentam licentiam commissis, potest Confessor absolvere, licet dicatur, *pro hac vice*, si licentia detur indefinite pro casibus reservatis, dummodo non nimis differatus confessio; non sic autem si licentia detur super praemissis.

misis, super expositis, &c. vel si ipse p̄enitens petat licentiam pro peccato cominiso, quia licentiam est intelligenda juxta verba p̄enitentis. Salm. tom. 1. tr. 6. c. 13. p. 2. a n. 38. cum pluribus gravibus DD. & la Croix lib. 6. p. 2. n. 1692. cum Lug. Tamb. Stoz. Dicast. Gob.

70. Ignorantia reservationis non excusat a reservatione, quia reservatio est ademptio facultatis a Confessario. La Croix lib. 6. p. 2. n. 1608. cum communissima.

71. Hic etiam nota, quod concessa facultate absolvendi a casibus reservatis censetur etiam concessa facultas absolvendi a censuris reservatis, quia non possunt absolviri peccata, nisi prius absolvantur censurae. Lez. com. q. v. casus n. 26. cum Suar. Portel. . Peyr. tom. 2. q. 3. c. 2. cum Suar. Nav. Portel. . Renzi de casibus reserv. cum Quarti, Pelliz., & Avers. ex comm. Salm. tom. 2. tr. 1. c. 2. p. 4. n. 38. cum Cand. Avil. Gibalbin.

72. Quia in dubio, sive juris, sive facti de casu, aut censu-
ra reservata a quocumque P̄aelato, etiam a Papa, & etiam in
Bulla Coenæ, heres, &c. simplex Confessarius post adhibitam
diligentiam ad veritatem asequendam, quæ potest moraliter
fieri, & non inventa, potest absolvere, quia odia sunt restringen-
da, & reservationis obligatio cadit super certa non super dubia,
prout est cogn. sententia, ut testatur Viva in prop. 3. Alexand. VII.,
quæ potest, an qui in dubio reservationis incurſe fuit absolu-
tus a non habente auctoritatem, si postea certè inveniat, se incur-
ſisse tenetur iterum absolvī a Superiore? Affirmat Amend. com.
2. p. 5. de Sacr. p̄en. sel. 4. sect. 1. dub. 2. diff. 3. : sed negant Ma-
rius, & Leand. apud Fel. Pot. fol. 354. n. 3312. Passerin. Diana.
Gabe. & alii apud Amend. cit. & Salm. tom. 1. tr. 6. c. 13. p. 2. n. 16.
cum Lug. Dicast. Avers. Gabriel. Anton. & probabile dicit Tamb.
tom. 2. de casibus reserv. & la Cr. lib. 6. p. 2. n. 1693. cum Sà, Hurt.
Portel. Spor. Gob. Dicast. , quia tale peccatum reservatum (idem a
pari dic de censura reservata) fuit directe absolutum, si aderat,
vel si forte erat reservatum. Ergo non tenemur iterum illud con-
sideri, ut absolvamus. In absolvendo tamen a censura reservata
dubia debet Confessarius inferior imponere p̄enitenti, ut si cer-
tè recordetur de illa, compareat coram Superiore, vel alio ha-
bente auctoritatem, quamvis non sit iterum absolvendus, & se-
cundacrat parti læse, si læsio adest, Salm. tom. 2. tr. 10. c. 2. p. 1.

73. Mo-

73. Moniales non exemptæ subduntur casibus ab Episcopo reservatis, cum sint ejus subditæ. Exemptæ subduntur casibus reservatis a proprio Prælato Regulari: & Episcopus pro his non potest alios reservare casus, nisi illos, qui ad clausuram spectant, quia Moniales exemptæ solum quo ad clausuram sunt Episcopo subjectæ. Idem dic de pueris, quæ intra Monasteria exempta cum Educandis morantur, & habitant, quia ratione loci sunt exemptæ ab Episcopi jurisdictione. Et hæc docet Fel. Pot. fol. 367. n. 3436. cum Don. Addit, quod facta ab Episcopo alicujus casus ad clausuram spectantis reservatione, non potest Superior Regularis suam subditam ab illo casu absolvere.

74. Novitii non subduntur casibus a Religione reservatis, quia in odiosis non veniunt nomine Religiosorum. Mirand. tom. 2.q.34.art.16. Don. tom. 2. p. 4. de privileg. Novitiorum tr. 6.q. 2. n. 4. cum Graff. Azor.. Rodriq. apud Peyr. tom. 2.q. 3.c. 1. §. 7. n. 201. Lez. tom. 4. v. Novitii n. 44. cum Nald. Sieri cum com. apud Fel. Pot. fol. 368. n. 3437. & Villal. cum com. apud Dian. p. 3. tr. 2. ref. 19. Oppositum tenent Peyr. cit. Laym. & alii.

Loquendo vero de casibus reservatis ab Episcopo, & incurvis a Novitio ante ingressum, sive post (quamvis in rigore Novitius post ingressum non subdatur casibus ab Episcopo reservatis, ut docet Don. loc. cit. q. 15. n. 5. & quia in favorabilibus veniunt nomine Religiosorum, qui non subduntur casibus ab Episcopo reservatis) non potest Novitius absolviri per communem Confessorem sæcularem, quia ipsi adempta est facultas circa talia peccata. Sequitur ex dictis n. 57. Potest tamen absolviri a communni Confessario suæ Religionis per Superiorum approbatum, quia iste cum sit exemptus, non est ipsi adempta facultas ab Episcopo, cum talem facultatem non ab Episcopo, sed a Superiori Regulari accipiat. E contra de casibus a Religione reservatis Sacerdos Regularis, vel sæcularis, cui Superior Religionis exemptæ dat facultatem absolvendi, non potest absolvere Novitium a casibus reservatis Religionis, nisi specialem facultatem habeat a dicto Superiori, licet Novitius non subdatur casibus reservatis Religionis; quia Confessori adempta est facultas circa hæc peccata. Sequitur ex antecedenti doctrina. Tandem Confessor, sive Regularis, sive sæcularis, non a Superiori Regulari, sed ab Episcopo approbatus pro suis Subditis, an possit absolvere Novitium

dum a casibus in Religione reservatis, duplex est sent. & utraque probabilis, ait Tamb. cit. Negant Laym. cum Cordub. & aliis. Suar. & Ascan. Tamb., quia Novitus per ingressum in Religionem, quasi mutavit domicilium & relinquent territorium Episcopi, cui amplius non est subditus. Affirmant Ascan. Tamb. alibi sibi contrarius, & plures citans, Enriq. de la Cruz apud Tamb. cit. c. 3. Mirand. tom. 2. q. 34. art. 16. Lez. tom. 4. v. Novitiis n. 44. cum Molfes. Mirand. Dian.. Salm. tom. 4. de statu religioso te. 1 5- c. 3. n. 90. cum Bord. Dian.. Pelliz. Ant. a Sp. S., quia Novitiis in odiolis non veniunt nomine Religiosorum, & quia non subduntur casibus a Religione reservatis; consequenter si dicti casus non sunt reservati ab Episcopo, possunt de his absolvii per Confessarium ab Episcopo approbatum.

Novitiis possunt absolvii ab omnibus casibus reservatis, a quibus, & quomodo possunt absolvii Professi, ut dicetur in cap. ult. §. 2.

75.. Religiosi irregulares, inhabiles ad officia, suspensi a divinis, qui excommunicationem incurserunt, &c., loquendo circa ea, quæ Prælatus potest absolvere, & dispensare. si sint præsentes in Capitulo Provinciali, vel in Visitacionibus, aut in festivitatibus, in quibus solent Prælati absolvere subditos generaliter dicendo, si tenemini aliquo vinculo excommunicationis, dispensationis, &c. absolvavos, &c. Item eadem auctoritate Ego dispenso vobis scum super irregularitate, &c.. licet non petierint, vel non fuerint memores censurarum, & poenarum, quibus erant affecti, manent absoluti, ac dispensati, itaut postea sufficiat, quod tantum peccata confiteantur simplici Confessario. Don. de violat. claus. tom. 1. tr. 4. q. 31. cum Nav. Portel. Candid. Dicta valent etiam pro invitatis, vel absentibus, si talis sit intentio Prælati. Don. de Electoribus tom. 2. tr. 4. q. 44. cum Nav. Sylv. Suar. Portel.; ac etiam pro casibus bullæ coæz, si Prælatus pro his habeat facultatem. Idem Don., qui addit, dicta valere in foro conscientiae tantum, & in occultis.

76.. Qui valide confessus est habenti auctoritatem ordinariam, vel delegatam in reservata, & invincibiliter oblitus est confiteri peccatum reservatum, potest illud postea confiteri simplici Confessario. Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 2. dub. 4. La Croix lib. 6. p. 2. n. 1695. cum 40. gravibus DD. Salm. tom. 1. tr. 6. cum com. Addunt Salm., hoc esse verum, etiam si casus reservatus habeat

annexam

annexam censuram, quia prius debet tolli censura, quam peccatum ipsum.

Si peccatum reservatum manifestatum fuit Confessario habenti saltem auctoritatem delegatam ad reservata, licet confessio fuerit invalida defectu V.G. doloris, dummodo non fuerit invalida ex proposito, & ex malitia, ablata est reservatio, & potest tale reservatum absolviri a simplici Confessario. Com. cum Lug. apud la Croix cit. & apud Salm. loc. cit. a n. 43. Ratio autem traditæ doctrinæ est, quia Confessor habens facultatem circa reservata, si non expresse, saltem virtualiter, & implicite vult facere quantum potest; & sic vult tollere reservationem peccati, etiam non cogniti. Et ob eandem rationem idem dicendum, si tempore jubilæi confessio fuit invincibiliter invalida ratione V.G. doloris, & paenitens confessus est peccatum reservatum, potest de illo post jubileum quocunque tempore absolviri a simplici Confessario, & obtinere commutationem votorum, dummodo cætera opera prescripta impleverit tempore jubilæi. Eniq. Comit. Coninc. Dian. Viva apud la Croix lib. 6. p. 2. n. 1475. dicentem hoc esse probabile: & Viva in tr. de jubil. q. 11. art. ult. probabile dicit cum Coninc. Gajet. Eniq. & aliis innumeris apud ipsum, quod in tali casu sublata est reservatio peccatorum.

77. Qui lucrari volvit jubileum, & valide absolvitus est, quamvis postea ex negligentia lucratus non sit, quia scilicet non adimplevit cætera opera requisita, potest deinde quocunque tempore a simplici Confessario absolviri de peccatis reservatis in jubileo oblitis, vel justa de causa omisis. La Croix lib. 6. p. 2. n. 1449. cum Sanch. Portel. Fill. Dian. Pelliz. Viva, Castrop. Dicab. Belleg. & aliis. Dian. p. 3. tr. 4. ref. 145. & p. 4. tr. 4. ref. 124. cum Suar. Et probab. dicit Viva loc. cit. art. 11. cum Sanch. Eniq. Boss.

78. A fortiori qui confessionem, communionem, & cætera opera rite posuit, & lucratus est jubileum, potest deinde a simplici Confessario quocunque tempore vitæ sua absolviri a reservatis commissis ante jubileum, & in confessione jubilæi oblitis. Viva cit. art. 4. hoc probabile dicit cum pluribus DD.: immo est com. sent. Et hæc valde juvare possunt pro peccatis reservatis vitæ præteritæ commissis ante confessionem jubilæi, ac etiam pro commutatione votorum, quæ facta fuerunt ante jubileum, si tempore jubilæi quis oblitus est petere commutationem, &

etiam si tunc memor noluit petere ; quia per jubilatum est acquisitum jus ad absolutionem de reservatis , & ad commutationem votorum , & Pontifex executionem non restringit ad tempus jubilati . La Croix lib. 6. p.2. n.1473. cum Sanch. Less. Portel. a S. Faust. Gob.

79. Tandem valde notandum est, quod Pontifex non solet sibi reservare casum aliquem , nisi ratione censuræ reservatae adjunctoræ ; ideoque de facto nullus est casus Pontifici reservatus , qui non habeat censuram reservatam , ut est com. sent. apud Salm. tom. 1. tr. 6. c. 13. p. 1. n. 3. & tenent Sanch. Avers. Castrop. Gob. Viavia apud la Cr. cit. n. 1614. Ex quo sequitur , quod non incursa tali censura Papæ reservata ob ignorantiam , vel inadvertentiam saltem invincibilem , sive quomodocumque ablata tali censura , casus non amplius manet reservatus , sed potest absolviri a quocumque simplici Confessario . Hinc si Petrus percutiat Paulum Clericum invincibiliter ignorando , vel hic , & nunc non advertendo ad excommunicationem canonis , potest absolviri a simpli ci Confessario . Salm. loc. cit. n. 7. cum Coninc. Sanch. Vasq. Laym. Palao. Gran. Suar. Dicast. La Cr. cit. cum Avers. Tamb. Stoz. & pluribus aliis .

80. Quæres . Quid faciendum , si pœnitens bona fide confessus est peccatum reservatum ignorans , quod Confessor non habebat facultatem circa illud ?

R. Quod confessio sit nulla docent Salm. tom. 1. ts. 6. c. 13. n. 6. Dian. & Gabr. apud Amend. de sacram. pœnit. , qui & ipse in hanc sent. inclinare videtur . La Croix lib. 6. p. 2. n. 1696. quia Confessor non habet facultatem . Quod sit valida docet Gob. & Spor. apud la Cr. cit. Mendo in Epit. cum Coninc. & aliis. Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 2. dub. 3. n. 8. & dub. 4. n. 10. dicentes , in tali casu Pontificem supplere jurisdictionem , ratione forsitan erroris communis , ut dicimus infra . Sed Busemb. imponit onus postea compendi coram legitimo Superiore . Dicendum tamen , quod talis confessio bona fide facta , fuit valida , si simul cum reservato pœnitens confessus fuit aliquod saltem veniale ; quia tunc absolutione cadit indirecte supra peccatum reservatum ; semper tamen obligations remanente confitendi tale reservatum habenti facultatem ; & aliae confessiones interim factæ cum tali ignorantia sunt validæ : unde sufficit deinde repetitio peccati reservati . Quod si

con-

confessio fuit de solo peccato reservato , est nulla ob defectum facultatis in Confessario. Peyr. tom. 2. q.3. c. 2. cum Sylv. Nav. Floron. Portel. , & ita sunt intelligendi DD. primæ sent. At si Confessor vera probabilitate credens , se habere facultatem , ab illo reservato absolverit , certum est , valere absolutionem , & non esse obligationem repetendi reservatum , etiam si talis opinio esset falsa , quia absolutio cum jurisdictione probabili est valida , & licita stante ratihabitione Ecclesiæ scientis hanc DD. sententiam , & non prohibentis , ut fuse Card.in 1.prop.In noc.XI.Viva ibidem , & in tr.de jubilæo. La Cr.lib.6. p.1.n.117. Spos. n.714 cum innumeris DD.

81. Sed quid tandem dicendum de Prælatis Regularibus pro seipsis quantum at casus reservatos ? Et dicendum , quod Prælati Regulares habentes potestatem ordinariam ad reservata possunt in hac materia de absolutione a reservatis circa se eligendo Confessorem , a quo absolvantur de reservatis , quicquid possunt circa alios ; nisi statuta Religionis aliter disponant . Et sicuti per privilegia subditos absolvant a pluribus casibus ; & ponens Pontifici reservatis , ita ab eisdem liberari possunt per alios Confessarios a se electos . Salm.tom.1. tr.6. c.13.p.3. a n.34. cum Lug. Avers. Fragos. Lez. Ant.a Sp. S. & aliis. La Croix lib.6.p.2. n.1664.cum com.ex c.fin.de poenit. & remis.. Peyr. tom. 2. q.1. c.4. cum Sylv. Ang. Enriq. Regin. Verum ut aliquis ex dictis Prælati Regularibus habens casum reservatum absolvatur a Confessore ab ipso electo , non est necesse , quod expresse illi conferat facultatem dicendo , *do tibi facultatem pro tali casu reservato* , sed facto ipso , quo Confessario a se electo confitetur peccatum reservatum , cuius ipse absolutionem committere potest , tribuit illi tacite facultatem absolvendi . Hoc patet ex eo quia dictus Prælatus , ut confiteatur Simplici Sacerdoti a se electo non est necesse , quod illi expresse dicat , *do tibi facultatem audiendi meam confessionem* , sed sufficit , quod facto ipso tacite hoc illi significet per hoc , quod ipsum eligat ad suam confessionem audiendam , quia taciti , & expresse eadem virtus est , argum. leg. 32.ff.de legibus. Et ita clare habetur ex c.fin.de poen.& remiss. & docet Lez. tom.1. c.18. n.81. cum Poyt. Viva super prop. 16. damnatam ab Alexand. VII.n.7.

CAP.

De occasione proxima, & de consuetudinario.

1. **O**ccasio proxima peccandi male definitur ab aliquibus illa, in qua quis positus, plures sunt vices, in quibus peccat, quam in quibus non peccat; quia sic posset quis ire per 300. vices in anno in dominum alicujus mulieris, & si peccaret solùm per 140. vices, non esset occasio proxima; quod est absurdum. Igitur occasio proxima definienda est ab effectu illa, in qua quis positus, frequenter peccat. Anacl. tr. 14. dist. 8. q. 4. cum Lug. La Croix tom. 5. lib. 5. n. 252. cum com. Attamen aliquæ sunt occasions, quæ in se, & absolute sunt, & censeri debent proximæ, præscindendo ab experientia; & has quilibet tenetur vitare sub mortali, quia frequenter conjunctionem habere solent cum peccato respectu cujusque hominis, ut exemplificat La Cr. loc. cit. n. 253. de seria, & non necessaria contrectatio-
ne verendorum in alia persona.

Occasio proxima peccati mortalis est ejusdem speciei, cuius est peccatum ipsum, ad quod inducit, quia est contra eandem virtutem, cui opponitur peccatum; ideoque omnes circumstan-
cias explicandæ in peccato, sunt explicandæ in ipsa occasione proxima, quando V. G. non sequuto peccato, de ipsa occasione proxima, in qua quis se posuit, debet se accusare in confessione.

2. Occasio proxima, sive in peccato luxuriæ, sive in aliis, non solùm est fugienda circa actus externos, sed etiam circa actus internos desiderii, delectationis, &c. ut quando quis ex aspectu ali-
enjus feminæ, cum qua versatur, solet in turpes cogitationes consentire. Salm. tom. 1. tr. 6. c. 5. n. 60. cum Graff. Nav. Palao, Th. Hurt. & aliis. Fuga ab occasione peccandi est quasi unicum reme-
dium pro tollendo luxuriæ peccato. *La lontananza ogni gran pia-
ga salda.* Non debent tamen prætermitti oratio, & alia spiritua-
lia remedia.

3. Quod non sit occasio proxima illa, in qua homo decies positus, bis, aut ter peccavit, docet Mend. in Epit. Gob. cum aliis apud Anacl. cit. Sed talis proportio non debet servari in alio ma-
jori numero, ut in 30. respectu 100. quia absurdum videtur di-
cerq;

et quod in hoc casu non sit occasio proxima. Sed præterea si iste in illis triginta vicibus cadit in peccatum externum V. Gi carnis, in toto illo tempore de centum vicibus quis numerabit actus internos, aspectus, gestus, & verba obscena cum morali etiam disjunctione ab actibus principalibus? Nec miretur quis de facta assertione, nam T. amb. lib. 8. tr. 2. c. 3. cum aliis docet, quod uxor possit dare pro elemosynis duos aureos quotannis ex centum, quos habet (id est, sive de fructibus dotis, sive de redditibus mariti, sive de aliis bonis, quorum administratio spectat ad massimum, ut clarius explicant Salm. Dian. Nicolius, La Croix), totidemque pro liberalibus donationibus sine consensu viri (qui integrali summa non esset rationabiliter iavitus) in mediocri patrimonio, non autem in valde pingui, quia nimis excresceret uxorum licentia.

4. Si quis iret semel in anno in domum mulieris, cum qualibet illa vice peccaret, accessus ad talem domum esset occasio proxima. Fel. Pot. cit.

5. Occasio proxima alia est voluntaria, quæ potest tolli, alia involuntaria, seu necessaria, quæ vel non potest tolli physice, ut quando quis est in eodem carcere cum aliqua muliere, vel non potest tolli moraliter, quando scilicet, aut non potest tolli sine peccato, ut in famulo cum domestica peccante, qui ex justitia inservire tenetur, aut non potest tolli sine gravi incommodo, ut in filio-familias peccante cum domestica, quam non potest e domo ejicere, nec ipse sine gravi incommodo potest discedere.

6. Certum est apud omnes, quod nemo tenetur vitare occasionem proximam in voluntarium materialiter sumptuam, sive sit physice, sive moraliter necessaria, quia ad impossibile nemo tenetur, & impossibilitas moralis dicitur absolute impossibilitas, & ex alia parte periculum peccandi secundum se non est peccatum, sed proxima dispositio ad peccatum. Hæc omnia docet Viva in prop. 41. Alexand. VII. Duo tamen sunt valde nocenda in hoc casu. Quod vere sit impossibilitas moralis (non fidei), ad quam requiritur causa necessaria urgens, quæ superet vites fragilitatis humanæ, si scilicet ex ablatione talis occasionis sequatur valde grave detrimentum in vita, fami, bonis, cum proportione ad gravitatem peccati, ut est comi sent. & quod quæ non potest tollesse

lere occasionem proximam materialiter, tenetur illam tollere formaliter; debet scilicet periculum peccandi proximum reddere remotum orationibus, jejunis, vel abstinentiis, frequencia Sacramentorum, debet non reperiri solus cum sola, tollere familiaritatem, munuscula, verba blanda, &c. quantum fieri potest, ut omnes docent. Et ecce quomodo reprehendendae sunt, & juvandae pueræ illæ, quæ conqueruntur dicendo: *Pater, juventus quidam sæpe me tentat, & non possum illum a me expellere.* Dicat ipsi Confessor. *Si vere tu vis, ille non amplius ad te accederet. Tolle familiaritatem, averte faciem tuam ab eo, quando tibi ipse occurrit, illum non aspicias, vultum blandum, & rividentem non ostendas, munuscula non accipias, quantum potes te ipsi absconde, sancte te inimicam illi ostende, & si opus fuerit, secerro, & discrete hoc Matri tua significas, & ille ad te amplius non accedet.* Sed si peccatum aliquod sequutum fuit inter ipsos, **Machi** solùm dicat, quod ille ipsam tentavit, non autem quod peccatum sequutum fuit, nisi aliter necessitas postulet.

9. An possit absolvi, qui in occasione proxima peccandi est, antequam illam tollat, præsertim, si in alia confessione, forsitan cum alio Confessario; id promisit, & non fecit? Nonnulli cum Coninc. Fill. Azor. Sanch. apud Viva cit. putant absolvi, non posse extra casum necessitatis. Immo Carden. apud eundem putat, id colligi ex proposit. 62. Innoc. XI., quia quandiu potest tolli occasio proxima, & non tollitur, peccat. Communius tamen, ait idem Viva cum Suar. & Tabien., censent, posse hujusmodi pœnitentem absolvi semel, ac iterum, si apparent hic, & nunc vera signa doloris, & propositi efficacis tollendi statim occasionem proximam, quia potuit pœnitens monitionibus Confessarii excitari ad verum, & efficax propositum; in quo casti est sufficienter dispositus. Immo Cord. Cajet. & alii apud Viva dicunt, quod possit etiam tertia, & quarta vice absolvi, licet saepe expediat absolutionem differre, usquendum tollatur occasio proxima; quod tamen de tertia, & quarta vice ego solùm concederem cum Cajet. de Alexand. c. 6. §. 7. & cum Alin. c. 6. §. 7. qui citant Nav. in Man. c. 3. n. 15., si adest aliqualis rationabilis causa non se separandi a tali occasione. Neque hoc est contra mentem Innoc. XI. quia non dicitur quis velle de præsenti occasionsim, quam proponit statim tollere, ut de prima, & secunda vice ait Viva.

Viva; qui monet caute procedendum, quia sapere tale propositum non est efficax. Fel. Pot. fol. 395. de illo, qui retinet occasionem proximam voluntariam, non extra, sed in propria domo, v. g. concubinam, docet cum Palud. D. Antonin. Sylv. & aliis, quod nec semel debet absolvri, nisi prius eam ejiciat. Quod si cessa verit in dicto casu periculum formale, & proximum peccandi, tam corpore, quam mente, propter senectatem, infirmitatem, novam cognitionem, vel diuturni temporis experientia id compertum sit, quod non teneat vir mulierem e domo expellere, etiam si interdum, raro tamen, peccaverint, docet Fel. Pot. cit. cum Leand., damno do non adsit scandalum.

8. Quæ dicta sunt de occasione proxima, dic de eo, qui ter, vel quater jussus a Confessario, sive eodem, sive diverso promisit restituere, & cum posset non restituit, quia sic detinere rem alienam est veluti quedam occasio proxima peccandi. Tamb. de expedita confess. cum Nav. Val. Mol. Azor. Fel. Pot. fol. 29 o.

9. Docet Viva cit., in periculo mortis, vel si dilata absoluzione credatur non habitur pœnitens opportunitatem redundi, aut ex alia causa non redditurus, Confessorem debere omnino ipsam absolvere prima, & secunda vice antequam tollat occasionem proximam, si appareant hic, & nunc vera signa doloris, & propositi efficacia illam tollendi.

10. An autem qui versatur in occasione proxima in voluntaria, si post remedia adhibita, & plures absolutus, in eadem relapsus sit peccata; nec per longum tempus appareat ulla emendatio, possit absolvri, vel debet prius tollere dictam occasionem proximam externam cum quocunque incommmodo, & factura bonorum famæ, & vitæ. Quod possit absolviri toties, quoties, si appareant vera signa doloris, sicuti consuetudinarius, nec teneatur talia incommoda subire, quia talis occasio est moraliter inevitabilis ob magnam difficultatem, docet Jo: Sanch. Dicast. Vivald. apud Viva cit. Lug. Castrop. Tamb. Pabri, Gob. Burgh. Stoz, Pallav. Vindex Gob. Oviedo apud la Croix tom. 2. lib. 5. n. 261. qui (infra) & ipso in hauc sent. inclinare videtur, quamvis magis inclinet in oppositam, quam tenent Sua. Nav. & alii communiter apud Dian. p. 1. tr. 16. ref. 45. quia cum experientia præterita habeatur certitudo moralis, quod iste sit peccatorius in tali occasione, debet illam tollere cum detimento etiam vita, cum sit unicum medium ad tollendum.

peccatum. Sed hunc casum puto quasi metaphysicum, quia Deus non deficit in necessariis; unde si longo tempore nulla in pente- tente videtur emendatio, merito cum secunda sententia non de- bet absolvi, & facta in penultima confessione monitione, inabso- latus cogendus est in ultima confessione subire incommoda illa, quia per ipsum stat ne emendetur. Quod si vel modica apparet emendatio, debet absolvi, & non cogi ad illa incommoda subvenia. Anac. cr. 14. dist. 8. q. 4. & implicite Viv. in prop. 41. Alex. VII.

11. Qui versatur in occasione proxima V. G. fornicationis, & invincibiliter ignorat, quod versari in tali occasione proxima sit peccatum mortale, licet sciat quod fornicatio sit peccatum mortale, & non speratur fructus si moneatur, quod debet absolvi, ipsum relinquendo in bona fide, docet Pellia. de Monial. c. 10. sect. 3. n. 191. motus illa generali doctrina, quod quando poenitentia laborat ignorantia invincibili, & non speratur fructus ex admonitione, sed potius esset illaqueare illi conscientiam, non deberet moneri de veritate. Sed in hoc casu absolute dicen- dum, quod poenitens debet moneri, quia licet posita ignoran- tia invincibili talis occasio proxima non est peccaminosa in fe- formuliter, est tamen libero volita, & ad ipsam solet consequi peccatum, quod est cum ipsa coniunctum necessitate quadam morali. Qui autem vult antecedens, vult & consequens cum illo antecedenti necessario connexum. Et ita in terminis absolute docet Cajet. ab Alexand. c. 6. §. 7. cum Alin. & sic est communis sensus omnium; ut enim Confessorius obliget poenitentem ad tollendam occasionem proximam, non est necesse, se certificare, quod poenitens sciat, illam esse in se peccaminosam, sed suffi- cit, quod talis occasio afferat periculum proximum in illo, qui ipsam non collit.

12. Concederem tamen, quod in aliquibus occasionibus proximis, in quibus non tam facilè advertitur ad periculum la- bendi in peccatum mortale, possit Confessor aliquam dilationem facere monitionis circa veritatem pro quando major speratur fruc- tus, si interim verisimile est, quod non aderit talis occasio, & per consequens, quod poenitens non decidet in mortale, ut infra.

13. Ex dictis patet, quid sit faciendum in his casibus valde notandis pro Religiosis, & Monialibus, vel pro saecularibus. Mo- nialis v. g. se accusat, quod solet ex aliquo parvissimis foramine

tractatus In honestos habere cum aliquo seculari, si postquam bis, vel ter de hoc admonita non desistit, obliganda est, ut vel ipsa procuret, tale foramen fabricari, vel debet dare licentiam Confessario, ut procuret cum Abbatissa, vel cum Episcopo, quod tales foramen fabricetur. Attamen ita cante se gerere debet Confessarius, ut nullus præter ipsum in suspicionem veniat pœnitentis; alias absolvit non debet Monialis ista, quia debet consentire, ut sine suo gravi incommodo ipsi tollatur occasio proxima labendi in peccatum mortale, prout in simili docet Viva in de usu scientie ex confessione habite §.8.

Si alicui Religioso permanentia in aliquo Monasterio sit proxima occasio peccandi mortaliter, v. g. supponamus, quod in aliquo Monasterio Religiosus quidam ex gravi negligencia circa suum officium sit in continuo statu peccati mortalis: iste autem de hoc confitetur Confessario, A (vel si non de hoc se accusat, vide cap. 10.n.10. & 11.): sed Confessarius, A, ex humano respectu non audet ipsum corrigere, prout debet; nec audet recusare ipsius confessiones audire. Talis Confessarius, A, de his se accusans, debet a Confessario, B, obligari, ut totis viribus procuret a tali Monasterio discedere, quia permanentia in hoc Monasterio in his circumstantiis est ipsi occasio proxima mortaliter peccandi. Cæterum posset Confessarius, A, permanere in tali Monasterio, sed vel sua obligationi satisfacere, vel non amplius illius confessiones audire. Dicta patent ex communali doctrina de obligatione tollendi occasionem proximam peccandi, & specia-
liter ita expresse docet Rodriq. eserc. di perf.p.3.ct.7.c.11.

Sed major difficultas esse potest in casu sequenti. Supponamus V. G. quod in aliquo Oppido Curatus mihi notus sit gravior neglegens in suo officio cum gravi scandalo, & quæcunq; totius Oppidi. Curatus iste confitetur Confessario quidam, qui mihi confiteritur, & non se accusat de sua gravi, & longa negligencia quantum ad suum officium in audiendo confessiones. Quid mihi faciendum? Et dicendum, quod vel Confessor illius Curati peccat ex ignorantia, vel ex negligencia, sive ex malitia. Si peccat ex ignorantia, quæ mihi nota sit, sive extra confessionem, sive ex confessione ipsius Confessoris, debeo ipsum obligare, ut non amplius confessiones audiat; alias debeo inabsolutum dimittere. Vel supponitur, quod talis Confessor circa suum

suum officium peccat ex negligentia, sive ex malitia: & si ipse de hoc non se accusat, debedo ipsum interrogare in genere, dicens: *habetne alium scrupulum, vel dubium circa tuum officium, vel circa alias materias?* Et si ipse dicit, non, debeba absolvere, neque possum venire ad particulare de suo defectu circa confessiones Curati mihi noti, quia scire non possum quid inter ipsos interveniat, & si moneat, vel non: neque Confessor Curati potest de hoc mihi respondere. Post datam tamen absolutionem, vel melius post aliquod temporis spatium, possem ipsa dicere. *Scio, quod tu confessiones audis illius Curati, &c. Credo, quod tu tuo maneri satisfacias; neque de boca te aliquid querere possum;* nec tu mibi potes respondere. Tantum te rogo, ut ipsum fraterne, & amicabiliter corripias cum tibi opportuna erit occasio cum ipso loquendi.

14. Præscindendo ab occasione proxima externa, consuetudinarius, vel recidivus, si affert aliquod signum veri doloris, & propositi, ordinarie semper est absolvendus. Anacl. cit. La Croix tom. 2. lib. 6. p. 2. n. 1822. cum com. *Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.* Match. 18. nec redire semper cum eodem mortali est indicium certum defectus doloris, et si magna sit præsumptio, præsertim in iis, qui coguntur confiteri a parentibus, vel timore infamiae in Paschate, &c. Busemb. lib. 6. tr. 4.c. 1. dub. 2. La Cr. tom. 2. lib. 6. p. 2. n. 1731. Anacl. cit. Signa veri doloris ex la Cr. Segneri Conf. instruit. Busemb. sunt, quæ sequuntur.

15. Si poenitens sponte veniat ad confitendum gravia peccata, vel si dicat, se statim post peccatum, aut in concione taetum esse dolorem peccati, si post confessionem ratius, vel difficilius peccaverit, si sepius sibi vim fecerit contra tentationem, si occasionses alias relapsus vitaverit, si adhibuerit remedia præscripta a Confessario, saltem ex parte, si ad tales Confessarii accedit, quem putat diligenterem, si aliás non admonitus de suo gravi malo nunc libenter monitionem recipit, & vult remedia præscribenda adhibere, si dat specialia signa doloris, ut si ostendat se compunctum, lacrimantem, &c. si accedit, non ex consuetudine confitendi, sed ob dandum remedium peccato, quod nunc magis suam conscientiam perturbat, &c.

16. Quod si consuetudinarius longo tempore sua peccata con-

continuet, nunc surgendo, nunc cadendo, duo extrema sunt a Confessario vitanda: ne per nimiam severitatem illum in desperationem inducat, & ne per nimiam clementiam sit causa mias-
josis relaxationis. Plura remedia spiritualia imponat, post quae
lengo tempore adhibita, si adhuc nunc surgit, nunc cadit, &
nullum apparet signum veræ emendationis, est neganda, vel dif-
ferenda absolutio. Ex prop. 60. Innoc. XI. Et ita Anac. cit. Ca-
terum ad absolutionem consuetudinarii non est necesse, quod
Confessor judicet, propositum, non esse motandum, sed requiri-
tur, & sufficit, quod judicet, hinc, & nunc adesse verum dolo-
rem, & propositum, & simul spem aliquam emendationis conci-
piat. Alias differenda est absolutio ex prop. 55. damn. Innoc. XI.
Segneri cit. Viva cit. La Cr. to. 2. lib. 6. p. 2. n. 1812. ubi bene adver-
tit, quod si paenitens credat, quod iterum cadet, difficulter ha-
bebit verum propositum; ideoque debet a Confessario disponi, ut
speret, non per vires suas, sed per Dei gratiam, se non lapsurum.

17. Si Confessor videat in consuetudinario verum propositum non peccandi, quamvis nullam afferat emendationem, po-
test libere eum absolvere, quia est vere dispositus, ut num. 14.:
sed etiam potest absolutionem differre, quando hoc expediens
judicaverit, quia dilatio absolutionis est validum remedium pro-
emendatione scidivis, & Confessor nedum est Judex, sed Medicus. Fel. Pot. fol. 400. cum Carden. La Cr. cit. n. 1819. & n. 1764.
cum Bañes, Suar. Lug. Graff. Enriq. Sanch. Sayr. Sà, Avers. Carden.
Dian. Sed in hoc magna requiritur prudentia, & Confessarius in
concedendo, vel differendo consuetudinario habenti verum pro-
positum absolutionem debet humen petere a Deo, quia dilatio
aliquibus est fructuosa, aliquos etiam adducet in desperationem,
ut monet Fel. Pot. cit. cum Carden. Viva, Tamb. cum Lugo: &
ideo, quod vere paenitenti non sit fere danda hæc dilatio sine
aliquali paenitentis consensu, licet sine ejus consensu dari possit,
docent Viva in prop. 60. Innoc. XI. Basemb. lib. 6. tr. 4. c. 2. dub. 5.
& alii. Sed si dilatio absolutionis judicetur necessaria ad impe-
diendum facilem relapsum, tenetur Confessor absolutionem dif-
ferre absque paenitentis consensu, etiam si credatur nunc dispo-
sus, quando scilicet judicet Confessor facilitatem absolutionis
dedisse ansam relapsibus, ut proinde nunc nulla appareat spes
emendationis; Viva loc. cit. n. 8.

18. Pec-

18. Peccatores habituati a Confessore dimittendi sine absolutione, quando illius non sunt capaces, si eis imponatur, ante SS. Sacramentum cum viva fide cogitare, quod ibi vere adest Christus, qui eos, & eorum peccata videt, orare, actum doloris officere, & post medium horam redire, plures solent contriti, & bene dispositi reacecedere.

19. Similiter debet differri, vel negari absolutio, quando cumque nulla apparet spes emendationis, ut ex prop. 6o. Innoc. XI. & sic etiam quando dubitatur de sufficienti dolore, & proprio, quia tunc neque apparet ulla spes emendationis. La Cr. loc. cit. n. 1765. Segneri cit. Salm. tom. 1. tr. 6. c. 5. n. 67. : cum quia Sacramentum exponeretur periculo nullitatis.

20. In articulo mortis nunquam est differenda absolutio, sed danda sub conditione, si dubitetur de vero paenitentis proposito; dummodo non constet, illud abesse, cum non possit Confessor in illo articulo melius certiorari. Viva loc. cit., qui n. 9. ait, quod extra articulum mortis, si facile penitens non sit amplius habitus opportunitatem confitendi, vel si credatur, quod ex dilatatione absolutionis facile in desperationem mersus, in nova scelera sit lapsurus, sufficit, quod probabiliter judicetur, hic, & nunc adesse verum propositum, etiamsi creditur simul, mox propositum esse mutandum; quia in his casibus dilatio absolutonis non esset in medicamentum, sed in venenum.

Quando consuetudinarius semel, vel bis admonitus (sive ab eodem, sive a diversis Confessoriis) ac statim ter, vel quater, prout n. 7., in eodem statu permanet, debet differri absolutio, nisi hic, & nunc appareat firmum propositum. Et ita de tertia etiam vice docent Salm. tom. 4. tr. 17. c. 2. p. 9. §. 3. cum Med. Azor. Rodriq. & aliis; nisi tamen scandalum, aut aliud extrinsecum inconveniens sequatur; quia tunc post tertiam vicem adhuc debere absolvendi dicunt Salm. cit., dummodo probabiliter judicetur, hic, & nunc adesse verum propositum.

Sed valde terrible est, quod notat La Cr. loc. cit. n. 1736., quod scilicet aliqui pravi affectus occulti in corde peccatoris, & praesertim habituati, obstante quandoque sermo proposito non peccandi. Debet igitur peccator intime scrutari suum cor, an in ejus intimo fundo sit aliqua occulta intentio redeundi ad peccatum, si non pro nunc, post aliquot dies, vel saltu non se separa.

separandi ab occasione proxima peccandi , prout potest , dicendo in corde suo; *Ibo in dominum illam , sed non amplius peccabo: quia sic signum est , quod non adeo verus dolor , nec firmum propositum . Interroget seipsum peccator coram Deo . Si nunc occurseret occasio peccandi , vellere peccare ? vellere redire ad periculum consertum ?.*

21. Ex dictis sequitur , quid faciendum , si accedat ad confessionem recidivus jam jam communicaturus in ultima angustia temporis ; nec potest omittere communionem ab scandala , infamiam , &c. sed licet in aliis confessionibus fuerit ter , vel quater admonitus , nunc non habet verum dolorem , neque adeo tempus illum excitandi ad verum dolorem , & propositum . Vel enim certe penitens videtur indispositus , & Confessor non debet absolvere , maxime ob presumptionem habituationis contra penitentem ; penitenti autem , non Confessario imputabuntur scandala , & alia incommoda . Bauc. in select. casuum conse. q.28. & alii ; & ipse interim potest sibi providere per actum contritiopis , ut in simili docet Fel. Pot. fol. 399. Vel Confessor dubitat de dispositione penitentis : & debet in hoc casu absolvere sub conditione ; nam quando dubitatus de proposito , & adeo urgens necessitas , debet absolvere sub conditione , ut docet La Croix loc. cit. n.1770. Vel Confessos aliqualem probabilitatem habet , adeo verum propositum , licet mox mutandum , & debet in hoc casu etiam sub conditione absolvere , quia in hoc casu est tenuis probabilitas , quae declinat in dubietatem , ut notat Viva in prop.3. Inqç.XI. n.40. ; neque adeo tempus penitentem excitandi ad verum dolorem , & propositum , ut Confessor possit se certificare de dispositione penitentis.

22. Hic notandum , quod in dicto casu , quando ob justam causam de mortalibus datur absolutio penitenti sub conditione , debet moneri , ut iterum postea talia peccata confiteatur , ut non dubie , sed certe satisfaciat obligationi confitendi peccata mortalia , ponendo novum & verum dolorem , & propositum .

23. An autem consuetudinarius teneatur confiteri peccandi consuetudinem , dicendum , quod non tenetur , per se loquendo , alias per se teneretur sapientius confiteri eadem peccata . Salm. tom. 1. de sacr. penit. tr. 6. & 8. p. 4. & n. 67. cum com. La Cr. lib. 6. p. 2. & n. 968. cum aliis . Per accidentem tenetur i. quando Confessor de

cop-

consuetudine interrogat juxta prop. 58. Innoc. XI. 2. quando quis consuetudinem contraxit advertenter ad periculum proximum ex ea labendi (quod maxime valet, quando consuetudo est nimis intensa), vel cum advertentia ad tale periculum eam retinet, non eradicare procurans, quia sic ponitus, & perseverat in periculo proximo peccandi. Salm. cit. cum Dicast. Viva in prop. 60. Innoc. XI. Tamb. in exped. confess. cum Sanch. La Croix loc. cit.; qui addit cum Sayr. Val. Laym. Dicast. Spor. quod sicuti qui advertenter contrahit per frequentatos actus consuetudinem peccandi, dupliciter peccat, nempe ipso actuall peccato, v. g. blasphemie, & conterahendo illam consuetudinem, quae erit causa proxima similium peccatorum in futurum, ita etiam peccat dupliciter qui blasphemat, & advertenter auget, seu retinet ealem consuetudinem, vel iam contractam non proparat eradicare; & ideo quod accusate se debet in confessione de utroque, & per quot vices hoc accidit.

24. Sed duo hic nota. 1. Quod homines ordinarie non advertunt, quod per consuetudinem ponuntur, vel permanent in periculo proximo relabendi; & ideo ordinarie non tenentur consuetudinem confiteri, nisi Confessor de illa interroget. Tamb. La Cr. Viva cit. 2. quando quis se exponit periculo peccandi, & statim peccat, sufficienter explicat utrumque explicando peccatum commissum, quia tunc est unum moraliter peccatum. Si autem inter unum, & aliud adsit notabilis-mora sufficiens ad moralem interruptionem, vel se quis exposuit periculo proximo peccatum committendi, & tamen non commisit, cum peccatione periculi, tunc periculum est seorsum explicandum. De quibus comm. est sent.

25. Cum proposito sufficienti non amplius peccandi potest simul stare judicium probabile reincidendi in peccatum, quia propositum est actus voluntatis, judicium est actus intellectus neque ad confessionem necessere est, quod penitentia credat, se non amplius lapsurum in tale peccatum, sed requiritur, & sufficiente quod hic, & nunc habeat firmam voluntatem non relabendi in tale peccatum. La Cr. cum com. Sed quia credulitas illa reincidendi solet attenuare dolorem, & propositum, Confessor debet hortari, & excitare penitentem, ut de se diffidat, & in divina bonitate confidat.

26. Sed

26. Sed quia ad dicta a n. 23. pœnitentes , vel nesciunt , vel nolunt advertere, prudens Confessarius , quando audit aliqua gravia peccata, in quaे facilis est relapsus ob consuetudinem , ut si dicat , fornicatus sum , blasphemavi , falsum juravi , interroget , a quanto tempore talem consuetudinem habet , & per quot vices in mense , vel anno ; & si necessaria videtur confessio generalis , ad illam obligabit pœnitentem ; ita enim miseri contineantur , & in eadem peccata semper labuntur usquedum in infernum descendant , nisi inveniant Confessarium prudentem , & charitate prædicum , qui eos a via iniquitatis averteat ; nam exhortationes , & objurgationes Confessarii cum aliis remediis infra notandis , magnam vim faciunt in cordibus pœnitentium. Sed heu, heu, heu . Quot Confessarii in extremo vitæ momento , a quo æternitas pendet, dicent : *va*mibi*, *quia tacui* : *va*mibi*, *quia tacui*.**

27. Remedia pro extispanda prava consuetudine sunt oratio , præsertim mentalis circa novissima , dolor efficax peccati firmum propositum emendationis , fuga ab occasione externa talis peccati , bis , vel ter in hebdomada confiteri cum eodem Confessario , & semel , vel bis in hebdomada communionem sumere. Post quæ remedia adhibita consuetudo redditur involuntaria: & sic si quis inadvertenter postea blasphemat , non peccat mortaliter , neque ratione actus , neque ratione habitus. Com. sent. Sed quanto magis quis exercebit actus doloris , & propositi , tanto magis longe erit a peccato.

28. Notant DD. , facilius posse solutionem dari habituatis circa eadem peccata venialia , quam circa eadem mortalia , quia frequentiores sunt occasiones pro venialibus . Adhuc tamen hoc non valebit per longos annorum circulos . Quare habituati in gravibus venialibus , ut mendaciis , subitis imprecationibus , &c. , qui sine emendatione volunt ex consuetudine semel , vel bis , & forsitan ter in hebdomada confiteri , si hinc , & nunc non dant sufficientia signa veri doloris , & propositi , excitandi sunt a Confessario ad specialem dolorem circa aliquod veniale præteritum , sive confessum , sive non , quod ipsi nunc magis abhorrent , vel dicant aliquod mortale alias confessum , de quo vero doleant. La Croix. Aliquis minùs dispositis Confessor dicat , quod redant cum vero dolore . Quomodo enim per 10. 20. 30. annos

eadem semper venialia confiteri, & communionem sumere, & nunquam emendari? Certe circa internos actus impatientiae potest per multos annos dari absolutio, si is vere procuret se emendare, quia patientia interna est virtus difficillima: sed quoad actus externos tum impatientiae, tum aliorum vitiorum, potest quis facilius se emendare. Circa vero venialia leviora, quando dubitatur, an paenitens afferat materiam sufficientem, vel an habeat sufficientem dolorem, potest aliquando Confessor dare ipsi permissionem sine absolutione, etiamsi paenitens de hoc non moneatur, dicendo V.G. *Benedictio Dei Omnipotentis, Patris, & Fili, &c.* quia nullum inde malum provenit; nec est simulatio Sacramenti, cum non ponatur pars Sacramenti, vel actio sacramentalis, sed quid indifferens ad Sacramentum, ut est benedictio, oratio, &c. La Cr. tom. 2. lib. 6. p. 2. n. 1889. Et ita probat lib. 6. p. 1. n. 158. cum Card. Dicast. Gorm. Bosc. Quæ valde juvare præsertim pro scrupulis, surdis, vel pro pueris.

C A P. V.

De examine conscientie, Et præfertim circa peccata mortalia occulta.

1. **A**d integratem confessionis prærequisitum diligens examen pro capacitate paenitentis, pro distantia temporis ab ultima confessione, & pro cæteris circumstantiis memoriae frequentiae peccatorum, &c. Sufficit diligentia mediocris, quemadmodum prudens in arduis negotiis adhibet, vel quemadmodum, moraliter loquendos docti, & timorati adhibere solent, etiamsi quis putet, majori diligentia plura se reperturum; quia alijs procederetur in infinitum. Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 1. dub. 3. art. 1. cum Bon. Laym. Bon. tom. 1. de sacr. paen. d. 3. q. 3. sect. 2. p. 2. §. 1. cum Nav. La Croix lib. 6. n. 1748. cum illis.

2. Habens lubricam, & debilem memoriam non tenetur peccata scribere, ut illa confiteatur, sicuti neque tenetur statim confiteri, si prævideat fore ut, nisi statim confiteatur, peccatorum obliviscatur. Ratio est, quia non tenetur maximam diligentiam adhibere, sed mediocrem; nec adebet præceptum retinendi memo-

memoria peccata , sed confitendi ea , quorum recordamus facta debito examine . Alias deberemus semper nabiscum instrumenta scribendi deferre , ne peccatorum obliviscamur , Enriq. Coninc. Regin. Pesant. Vasq. Tabien. Val. Suar. Nuñ. apud Bon. cit. Bumb. lib. 6. tr. 4. c. 1. d. 1. art. 3. cum Soc. & aliis. Sporer cum com.

3. Multi decipiuntur in hoc quod totam diligentiam ponunt in examinando , & explicando peccata Confessario , sed modicam adhibent diligentiam in seipso excitando ad verum dolorem , & efficax propositum non peccandi ; que sunt duæ partes principiores examinis ; & sic in tota vita eadem mortalia , vel veniam ad confessionem afferunt.

In illis , qui cum timore Dei vivunt , vel frequenter contentur , vel sunt scrupulosi , minor diligentia sufficit pro examine conscientia ; nam isti uno qualib[us] i[n] oculi facile peccata , quæ commiserunt , adiungunt , ut notant Fel. Pot. & Alii.

4. Pœnitens tenetur ad examen in prima loco , & in secundo loco Confessarius , quia cum sit Iudex , debet procurare , ut iudicium recte fiat . Com. contra aliquos . Et ex c. Omnis utriusque sexus habetur : *Sacerdos sit discretus , &c. diligenter inquirens , & peccatoris circumstantias , & peccati.* Examen , quod debet fieri a pœnitente , potest suppleri a Confessario ; unde bene absolvitur qui , facto modico examine , accedit ad Confessarium cum animo respondendi ad illius interrogationes , & ipsi dicit , se modicum examen fecisse , ut notat Bon. cum aliis . Et sic ordinario faciendum est cum pueris , rudibus , & rusticis . Verum si Confessor videat , quod non possit defectum examinis per interrogaciones supplere , debet dimittere pœnitentem , ut diligenter se examine , & redeat . Sed in urgente necessitate ratione scandali , vel infamie , & in angustia temporis quid faciendum , vide cap. 7. n. 8.

5. Magna opus habet prudentia Confessarius in examinando pœnitentem . Principalis regula est hæc , quod scilicet in hoc Sacramento non est attendendum solùm ad exactam , & integrum peccatorum confessionem , sed etiam permaxime ne Sacramentum hoc ex capite isto reddatur nimis grave , onerosum , & odiosum . Et ideo non debet Confessor torquere pœnitentem alii , & aliis minutissimis interrogationibus , sed humano , prudentique modo , etiam si aliqua peccata essent omittenda ; quia præceptum confessionis materialiter integræ non obligat , ubi integritas ha-

beri non potest sine gravi molestia, & in casu, quo confessio red-
deretur odiosa. Sed cavendum, ne Confessarius in hoc potius mo-
veatur ex respectu humano, qui eum non excusat, quam ex pru-
denti timore reddendi Sacramentum odiosum. Lug. Tamb. Ills.
Gob. Lohn, apud la Cr. loc. cit. n. 1748. Hinc citati DD., & Segn.
in Confessore istruito c. 2. cum Perez, & Lug. docent, Confessa-
riu[m] non teneri exactius interrogare, quam p[re]nitens teneatur
se examinare: unde non tenetur Confessarius interrogare ultra
terminos capacitatis, & intelligentiae p[re]nitentis.

6. Confessor, qui extra confessionem scit peccatum mortale
p[re]nitentis, de quo p[re]nitens non se accusat in confessione, vel
seit ex aliorum relatione, & debet stare confessioni p[re]nitentis,
cui in hoc foro tam pro se, quam contra se credendum est, nisi
constet de opposito. Bon. tom. I. de sacram. p[re]nit. q. 6. sed. 5. p. 4.
Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 2. dub. 6. cum Suar. & Fag.: vel scit eviden-
ter, si V.G. ipse Confessor vidit peccatum p[re]nitentis, & tunc
(sicuti etiam in primo casu) debet caute, & a longe interrogare
de aliquibus aliis peccatis, deinde magis prope circa genus, &
speciem illius peccati. Quod si adhuc p[re]nitens neget, debet
Confessor videre, an p[re]nitens potuerit obliuisci, vel confessus
esse alteri, vel putare, quod non sit peccatum, vel an pos-
sit esse aliqua causa excusans a confessione talis peccati, &c. que
si possunt prudenter præsumi, Confessor debet absolvere. Busemb.
cit. cum Dian. Sylv. Nav. . Salm. & alii communiter. Si haec non
possunt prudenter præsumi, non debet absolvere. Com. Quod si
Confessor novit peccatum illud ex confessione complicis, potest
uti illa scientia solum in genere querendo, an sit aliud, quod
ejus conscientiam aggravet: & si dicit, quod non, debet absolve-
re ob periculum fractionis sigilli confessionis complicis, vel ob
periculum scandali. Busemb. cit. & est com. sent.

Hic etiam nota, quod quando p[re]nitens non rudit, neque
omino indoctus, sic se accusat: *peccavi cum quadam muliere:*
& si Confessor velit ipsum interrogare de qualitate mulieris, an
scilicet, sit nupta, an consanguinea, &c. p[re]nitens ed ægre fer-
re aliquatenus ostendit, consideret Confessor, an p[re]nitens, for-
san hic, & nunc non valens confiteri alteri Confessario, uti ve-
lit sententia illa plurium DD., quod quando p[re]nitens non po-
test explicare circumstantiam peccati, per quam Confessarius
venit.

venit in notitiam peccati complicis, vel alterius personæ Confessor notæ, vel ex alia justa causa excusatur, debeat peccatum illud confiteri in genere, tacendo illam circumstantiam. Et si ita esse posse videatur, Confessor non debet illum magis torquere; sed ad alia prudenter sermonem divertat. Quod si dubitet Confessor, an pœnitens possit esse quoad hoc in mala fide, & sic male dispositus pro absolutione, post plura sive de peccatis, sive de remedii interposita, querat a pœnitente, an nullum alium habeat scrupulum, & si dicat, quod non, absolvat: si dicat, quod sic, subjungat, quod si scrupulum forte habet de alia re dicenda, quam nunc ex justa causa reticet, quando iterum suo tempore alteri Confessario confitebitur, dicet: nunc de illa, & de omnibus aliis suis peccatis praeteritis in genere se accuseret. Quo peracto pœnitens, novo actu doloris habito, dicat, *de omnibus bis doleo, & me accuso:* & Confessor ipsum absolvat. Et hæc incommoda proveniunt ex dicta sententia. Quapropter absolute dicendum, quod quando quis ex justa causa excusatur ab explicando speciem, vel circumstantiam necessariam peccati, excusatur etiam ab explicando peccatum in genere. Renzi tom. 2. de Sacram. pœnit. & Bonac. loc. cit. circa finem cum Suar. Vasq. & aliis. Ratio est, quia si Confessor interroget de specie, vel circumstantia peccati, is nullam potest excusationis causam afferre, cur ita in genere confiteatur peccatum illud, quod ex satis justa causa non magis explicat. Et eadem ratione non tenebitur quis, ut aliqui volunt, confiteri de actu interno tantum, si fuit etiam actus externus, quem ob justam causam reticet; quia si Confessor interroget: *devenisti ne ad aliquem actum externum?* non potest is excusationis causam afferre.

7. Aliquam regulam in interrogando pœnitentes assignant Tamb. de exped. confes. lib. 3. c. 9. cum de Lug., & la Cr. loc. cit. p. 1750. dicentes, quod pauciores, & crassiores interrogations debent fieri rusticis, quam homini civili: levius debet examinationi ægrotus, & patiens capitis debilitatem, quam sanus, & robustus: minùs interrogandus est circa singula, qui plura habet peccata, quam qui pauciora. Sequitur ex dictis. Adde, quod homines docti, præsertim in Theologia, vel scientes quid requiratur ad validam confessionem, vel bene instructi, ordinarie non sunt interrogandi, nisi manifestum sit omitti, vel non fatis discerni

ali-

aliquid necessarium , & nisi forsan de quibusdam peccatis occul-
eis , quia prudentes creditur , quod explicent omnia necessaria.
Salm.tom.s.tr.6.n.6.p.2. La Cr. loc.cit. cum Burgh. , & aliis. Et
quia saepe pœnitens non adverdit ad certam malitiam , vel cir-
cumstantiam, non debet Confessor interrogare de iis, ad quæ non
est verisimile, pœnitentem advertisse. La Cr.

8. Si Confessor pucet, pœnitentem se diligenter examinasse,
jam non tenetur interrogare , ut docent Suar. Vasq. Burgh. Ills.
apud la Croix lib.1.p.2.n.1748.& patet ex dictis. At non per hoc
præcise, quod pœnitens se examinavit , Confessor non tenetur il-
lum examinare ; immo debet , si probabiliter judicet , quod pœ-
nitens in examine circa aliqua defecerit , quæ tenetur confiteri,
observeando tamen id , quod n.6.dictum est. Communissima sent.
apud la Cr.loc.cit.n.1745. & patet ex n.4.

9. Confessor , ut notat la Cr. cum Laym. Gob. , potest , per
se loquendo , præsumere , quod pœnitens apprehenderit objec-
tum sicuti secundum se malum est ; ac proinde non opus est in-
terrogare , qua mente , vel cum qua conscientia fecerit . Monent
tamen DD. , quod quando pœnitens cum nimia anxietate se ac-
cusat de aliquo veniali , debet Confessor interrogare , an puta-
verit, tale peccatum esse mortale. Et quia , ut adverdit la Cr. lib.
6. p.2.n. 619. , quando aliquod factum de se fuit indifferens ad
mortale , & veniale , pœnitens , si meminerit , debet explicare,
an apprehenderit, esse mortale , vel veniale , ut omnes docent , si
pœnitens id non explicat , Confessor sic se gerat. Si pœnitens est
homo non nimis intelligens , nec cultus , vel non timoratae con-
scientiae , ordinarie non tenetur interrogare , sed ipse judicet , quia
similes homines sine his reflexionibus peccata committunt . Si
pœnitens est homo intelligens , vel cultus , Confessor debet in-
terrogare. Si autem pœnitens est talis puritatis , ut non soleat ca-
dere in mortalibus , Confessor ordinarie potest supponere , quod is
non peccaverit mortaliter , sed venialiter.

10. Valde fructuosum est puerorum confessiones audire , &
præsertim quoad hoc valet illud Mat.18.5. *Qui suscepit unam
parvulum talem in nomine meo, me suscipit: & ex alia parte mul-
ti Confessarii illos expellunt ob multas difficultates , quæ circa
illos occurruunt , tam quoad examen , quam quoad plura alias ,
hinc scire debent dicti Confessarii , quod possunt pro pueris se
remitte-*

remittere testimonio Parochorum; nam Neapoli, & forsan etiam in aliis Diocesisibus, postquam dicti pueri examinati sunt circa doctrinam christianam, & circa ea, quae ad confessionem spectant, Parochi, sive Clerici ad hoc deputati dant eis schedulam, per quam declarantur habiles ad confessionis Sacramentum suscipiendum. Igitur sufficit, quod Confessor, ad quem puer accedit, querat a puero: *avete avuta la cartella della confessione:* & si puer respondet, *l'ho avuta:* potest illius confessionem sine ulteriori diligentia audire. Debet tamen illam in examino adjuvare: quod utique saepe minoris erit laboris, quam adultos interrogare. Sed non prætermittat illos ad dolorem peccatorum excitare timore inferni, & aliis motivis, dicendo: *doleste de suis peccatis? R. Dolco. Dic ergo mecum.* Hic cum puero apte pronunciet auctum mixtum atritionis, & contritionis. Deinde Confessor dicat: *Accusat e te de omnibus tuis peccatis? R. Me accuso.* Confessor imponat poenitentiam, & absolvat.

11. Quod si sint pueri nobiles, & alii bene educati, & frequenter confitentes, quamvis non accedant ad Parochialem Ecclesiam pro doctrina christiana, & sic non possint schedulam pro confessione afferre, præsumitur tamen, quod sciant res Fidei necessarias, & alia ad confessionem spectantia, quamvis haec regula non sit infallibilis. Et sic Confessor in examino conscientie illos adjuvet, & cetera præstet, ut supra, si credere possit, quod cetera necessaria sciant, & habeant; semper tamen ac non potest se certiori facere de sufficienti capacitate pueri, absolvat sub conditione.

12. Cautè procedere debet Confessarius in examine pro peccatis carnalibus, cum ne posseitengam ad peccandum inserviat, cum ne poenitenti suspicionem ingerat, quod ipse in hujusmodi interrogationibus delectetur, cum ne, maxime in confessione mulierum, illis, vel sibi sit causa scandali. Præstat aliquando Confessarium minus perfecte peccatum intelligere, quam sibi, vel poenitenti scandalum causare. Interrogari debet, quae sunt pure necessaria ad species peccati cognoscendas. Hinc si confiteatur mulier, se peccasse extra vas debitum, non debet querere Confessor, in quanam parte corporis, vel quomodo peccaverit; quia sufficit scire, quod fuerit peccatum contra naturam, & si fuerit sodomia, an non. Ita omnes DD. docent, & consulunt. Immo & pos-

& poenitens ipse non debet in examine peccatorum carnalium nimis immorari , nec minutim illa scrutari , ne pro surgendo iterum cadat.

13. An Confessor debeat interrumpere confessionem poenitentis , ut interroget de necessariis ? In hoc multi multa dicunt . Quæ potui colligere ex Busemb. Lug. Salen Laym. La Croix , sunt hæc . In confessionibus longioribus certe debet interrumpere , quia alias non potest Confessor omnium recordari , quæ interrogare continget . In aliis debet , vel potest interrumpere , vel non ; secundum materias , & latitudinem confessionis , secundum conditionem poenitentis , & Confessarii ; semper enim ac Confessor credit , quod in fine recordabitur de iis , quæ interrogare oportet , bene faciet , si expectet usque ad finem . Brevis autem interrogatio , ut de numero peccatorum , potest bene interponi paucis verbis .

14. Si Confessor probabiliter cognoscat , poenitentem ignorare aliqua , quæ ad officium poenitentis spectant , vel suæ salutis expediunt , debet Confessor breviter ea illi explicare . Si probabiliter ipsi videtur , quod poenitens ignoret mysteria fidei necessaria necessitate medii , querat , & doceat , antequam absolvat ; alias absolucion est nulla , si forte ignorat . De aliis vero necessariis necessitate præcepti sufficit , quod poenitens doleat , proponat ad discere , & se accuset . In pueris , rusticis , & quibusdam senibus interdum solet else horum ignorantia . Modus aptus docendi in easu confessionis est , si Confessor dicat : *Credis in Deum Patrem , Filium , & Spiritum Sanctum ?* Penitens respondet : *Credo . Credis , quod Filius Dei est incarnatus ex Maria Virgine ?* Credo . Sic potest is absolviri cum proposito ea melius addiscendi . Tamb. Sanch. Spor.

15. Sed de lita quis intelligit ? Omnes cum Psalmista Ps. 13. 13. pavendo repetere assidue debentus ; nam est via , quæ videtur homini recta ; & novissima ejus ducunt ad mortem . Prov. 16. 25. Quoniam via stulti recta in oculis ejus . Prov. 12. 15. Heu quot peccatis occultis plenus est Mundus ! Sed quanta confusio , quantus tremor , quænam desperatio quando morte jam approxinante tot acies , immo tot exercitus peccatorum occulorum , quæ tunc clare patebunt , mentem moribundi undique invadent ? Ita ergo Confessor suos poenitentes , quantum fieri potest ,

cess, & tali via, quæ clam, & quasi ipsi insciis dicit ad Inferos; avertere procuret, hæc pro conscientia examine bene notabit.

16. Peccatum magis occultum, magis commune, & valde periculosum est interna superbia licet sepe non sit peccatum mortale. Cetera peccata mortalia occulta maxime sunt circa omissiones.

Peccata occulta generalia sunt, negligentia (præsertim in pueris, & rubicidis) in addiscendis mysteriis Fidei, in districte, & sincere examinando conscientiam de gravibus culpis, de quibus remorsum conscientia habent, in se examinando circa obligationes sui statut, in extirpando pravam consuetudinem jurandi falsam, vel blasphemandi contra Deum, vel Sanctos. Peccata occulta etiam interveniunt circa dilectionem inimicorum, cum non sufficiat non odio habere, sed sit præceptum amandi proximum; sed multoties odium fovetus, & latet: circa gravem obligationem elemosynæ in gravi necessitate pauperum, sicut ex superfluis statui; circa obligationem correctionis fraternæ, quando quis commode potest, & fructus speratur: circa scanda-la, sive directe, invitando, consulendo, suadendo aliis malum, sive indirecte, malo scilicet exemplo, vel specie mali, si malum non adsit, quamvis non intendatur ruina proximi. Et hujusmodi scandala proveniunt præsertim a peccatoribus sensualibus, qui dum ipsi cæci sunt, omnes alios cæcos existimat, ac quod nemo respiciat ad eorum peccatum, quod sepe notum est toti domini, toti vicinia, toti Civitati.

17. Sunt & alia peccata occulta propria statut particularis personarum. Et in primis Superiores, sive temporales, sive spirituales, Judices, Patres, & Matres-familias, & omnes illi, qui curam aliorum habent, ut plurimum solent se examinare, & accusare de peccatis propriis non de gravibus peccatis commissionis, & de innumeris omissionibus circa personas sibi subjectas.

18. Mortalia occulta Clericorum sacularium solent esse negotiatio illicita, si fructus beneficii eorum susceptioni superfluos non in pios usus, sed in profanos insument, missas nimis celeriter, & indevote celebrare, si indigne Sacerdotium ob ignorantiam, & pravos mores suscepserunt, non se dignos reddere studio, & munda conscientia, multas missas celebrandas suscipere, quibus non possunt satisfacere intra modicum tempus, quod alii volunt esse unum mensem, alii duos, alii tres meses apud Tamb.

O

Pasqua-

Pasqualig. La Cr. Rel. Pot., nisi ipse missam petens, vel res ipsa, pro qua missam petit, maiorem delectatem requirat, ut si missa dicenda sit pro agonizante, pro eccl̄e mortuo, pro lite hodie decidenda; in quibus casibus hodie mane dici debet.

19. Peccata occulta pro Religiosis, & Monialibus sunt, quod graviter peccare solent circa obligationem tendendi ad perfectionem, circa paupertatem, & immoderate appetendo, vel procurando dignitates, & officia, cum recursu saepe etiam pro favore ad personas extra Religionem; quod sub gravibus penit. in pluribus Religionibus graviter prohibetur.

20. Peccata occulta secularium solent esse mormurationes, fraudes, furta, non solvere debita, ac stipendia, cum possent, matrimonia filiarum, vel etiam filiorum, vel sororum impeditre ob corum fines mundanos, illas cogere, ut Moniales hiant, ut sumptibus parcant, vel e contra impeditre, ut Moniales hiant, si pro servitio domus ipsis indigent, illos cogere, ut Religiosi hiant si fuerint malae indolis, malae valetudinis, vel nullius habilitatis, & ingenii. Item sacerdotes, & maxime juvenes solent assidue de obscenis loqui: in quibus sermonibus, quamvis etiam ex ioco factis, saepissime latent gravia occulta peccata desiderii, complacentiae, vel scandali.

21. Peccata occulta Judicium, Advocatorum, Scribarum, & Opificum quoad laboratores conductos, sunt sub titulo donativi aliqua exigere, cum tamen omnes sciant, quod si tale donatum non efferrant, ab ipsis expeditio causarum, ab ultimis conductio operarum non speratur.

22. Peccata occulta Mercatorum sunt, vitium grave rei non manifestare, sic credito vendunt pretium cum usuris exigere.

23. Innumerata sunt peccata occulta illorum, qui Artificibus, & aliis infirmis plebis hominibus subministrant chartas, taxillos, & commoditatem ludendi, cum omnibus notum sit, quod tales ludentes solent in blasphemias, juramenta, & rixas prouumpere, fraudes in ludo committere, & multa futari, curam familie omittere, & quicquid in dies suo labore lucrantur, in ludo amittere cum periculo uxorum, & filiarum, cum detrimento familiae, rixis odio, & gravibus imprecationibus, & tandem cum verberibus uxori, & filiis, si de hoc conquerantur. Vide Rel. Pot. fol. 48.a n. 393.

24. Peccata occulta famulorum sunt, non solum occulte

ab

ab heris suis surripere ad compensandam operam suam ; quam majorem judicant salario , quod recipient , sed in expensis faciendis pro dominis semper aliquid pro se de pecunia retinere .

25. Peccata occulta illarum , & illorum , qui per longum tempus amorem faciunt , ut nubant , sunt multa peccata interna desiderii , & complacentiae ultra plures actus externos . peccaminosos , quando de illis opportunitatem habent ; de quibus nec etiam magna fibi faciunt scrupulum .

26. Peccata occulta puellarum sunt , in die S. Jo: Bapteſtie , vel SS. Petri , & Pauli plures ſuperſtitio[n]es facere , ut ſciant , fi , & quando , & cum quo nubere debent .

27. Peccata occulta hominis ignorantis , vel ſemidocti ſunt plurima , ſemper ſcilicet ac operantur cum dubbio pratico de gravitate peccati , vel cum gravis peccati ignorantia vincibili , & non procurant ante operationem studio , vel aliorum potius conſilio veritatem affequi , ut dubium deponant ; quod frequens eſt .

Qui plura vult pro peccatis gravibus occultis videat Segnari Penit. iſtruito a c. 3. Sed de peccatis , & defectibus occultis variarum personarum mediocris conscientia egregie ſcripſit Plen. Direct. c. 10.

28. Remedias pro peccatis occultis cognoscendas , vel caverdis in futurum ſunt , affidue humiliter lumen petere a Patre lucidum , ac ſemper cum Psalmista Ps. 18. 13. orare : ab occultis meis munda me , & ab alienis parce servo tuo : ſepe legere libros caſuum conſcientiae , & ſpiritua[les] , ac praesertim illos , in quibus adeſt catalogus peccatorum pro examine conſcientiae : quando circa aliquam rem remorſum conſcientiae quis habet , vel ſcrupulum (non eſt ſermo hic cum ſcrupulofis) ſtatiu[m] mente circa illam oportet reflectere , audi[re] , vel a docto , & prudenti Confessario conſilium petere : ambulare in veritate coram Deo absque h[ab]itione cordis , & ſimulatione conſcientiae : quotidie , & praesertim pro confeſſione ſe diligenter examineat circa precepta Decalogi , & Eccleſiae , & precipue circa obligationes proprii ſtatutis , & officii : ac tandem doctum , prudentem , & pium Confeſſarium , ſi , & quantum potest , ſibi eligere ; nam numquid potest cactus cæcum ducere ? nonne ambo in foream cadunt ? Luc. 6. 39. Sed qui talem Confeſſarium habere non potest , non per hoc excusat[ur] , quia ſi deficit Confeſſarius non deficit Deus .

De confessione peccati dubii.

1. **Q**uando quis cum sufficienti conscientia examine confessus est, non tenetur de ante aetate vita ulterius cogitare; & si quid occurrat, quod videatur non esse in confessione explicatum, dummodo non certo constet, potest sibi persuadere cum ceteris explicatum esse. Busemb. lib.6. tr.4. c. 1. dub. 3. act. 1. Dian. p.3. tr.4. ref. 107. cum com. La Croix lib.6. p.2. n. 612. cum Stoz. Dicta a fortiori valent de confessione generali, in qua multitudo illa materiarum non permittit magis distinctam memoriam. Permittit tamen la Cr. cer, vel quater post confessionem generalem dubia aliqua Confessario subdi.

2. Sed si dubium prudens quis habet, an aliquod mortale sit confessus, tenetur confiteri. Tam b. Spor., & alii, quia possessio stat pro precepto confessionis, & hic non adest excusatio ex scrupulis pro scrupulis; neque ut supponitur, ex diuturnitate temporis; quando enim post longum tempus supervenit dubium, an de tali peccato sit confessus, non tenetur confiteri, si tunc cum diligenti examine confitebatur, quia hoc non est prudens dubium, cum impossibile sit omnium recordari post longum tempus. Busemb. loc. cit. Amend. tom. 2. de Sacram. penit. Tamb. de exped. confes. cum Præp. . La Cr. loc. cit. n. 612.

3. Non est necesse, quod quis positive recordetur, se confessum esse talia, & talia peccata, ne illa teneatur iterum confiteri, quia non per hoc præcise, quod quis non recordetur, se tale peccatum esse confessum, tenetur illud confiteri, cum non sit prudens dubium; nam saepe vix eorum, quæ fecimus heri, vel hodie, recordamus. Igitur in hoc casu recurrentum ad conjecturas; & si V.G. sit solitus se examinare diligenter, præsumitur, quod de illo confessus sit. Stoz apud la Croix lib. 6. p.2. n. 612. Oppositum de omnibus his dicendum, si non erat timor conscientiae, vel non erat solitus confiteri diligenter. La Croix loccit.

Si ex levi fundamento quis dubitet, aut potius timeat, vel suspicetur, an peccaverit mortaliter, vel an de mortali confessus sit non tenetur confiteri, quia non est dubium prudens: & hanc

sicuti sine fundamento incidit dubium ; sic potest sine alia ratione illud contennere ; aliis essent infiniti scrupuli. La Croix loc. cit. n. 612. cum Mendo, & aliis.

4. Qui leit , se peccasse mortaliter , & negative dubitat , an sit confessus , tenetur confiteri , quia possessio stat pro confessione . Com. Si quis dubitet , an peccaverit mortaliter , tenetur confiteri , quia in dubio tunc pars est eligenda. Com. sent. & in praxi tenenda , quamvis plures DD. tenent oppositam rationem libertatis , quae per ipsos possidet.

5. Qui est timoratus conscientiae , id est , qui non solet plene advertenter , & deliberate offendere Deum , non tenetur confiteri , si dubitet , an peccaverit mortaliter , quia est prudens presumptio pro ipso ex communiter contingentibus . La Croix lib. 6. p. 2. n. 612. Sic qui solitus est diligenter confiteri , nec advertenter aliquod mortale omittere , si dubitet , an aliquod mortale sit confessus , non tenetur confiteri , nisi sit prudens dubium , quia possessio stat pro integratice confessionis . Com. Unde , ut ait la Croix cit. , vix circa ista dari potest dubium pure negativum , nisi quando ignoratur , an penitens sit timoratus , & diligens in confessionibus ; & sic semper potest quis transire ad opinionem probabilem , & se regulari , ut infra.

6. Qui positive dubitat , an commiserit peccatum mortale , vel an de illo fuerit confessus , quod est dicere , si habet opinionem probabilem pro utraque parte , non tenetur confiteri . Hanc sent. Illsung , & alii apud la Croix lib. 6. p. 2. n. 600. dicunt , esse comm. Et quod non tenetur confiteri , etiam si ratio contra illum sit probabilior in utroque casu , teuent Sylv. Suar. Sanch. Bonac. Laym. Lug. Castrop. , pluresque alii graves DD. apud la Croix cit. ; quia possumus sequi opinionem probabilem , relictam probabiliori . Nec obstat paritas de debito pecuniario , in quo qui certus est de debito , & incertus de solutione debet iterum solvere , quia Deus non tam rigorose exigit solutionem debiti , ut homines ; & alioquin essent infinitae anxietates , & angustiae , si debemus confiteri peccatum , de quo probabile est , quod sumus confessi , quia facile obliviscimur , quae fecimus . La Croix lib. 6. p. 2. n. 602. Addunt tamen Sanch. , & Pallav. apud la Croix cit. , in articulo mortis adesse obligationem eliciendi contritionem de his peccatis positive dubiis , vel faciendi confessionem , saltem de aliis

aliis peccatis, ut hæc dubia saltē remittantur, si forte non sint remissa, ne Anima periculo exponatur.

7. Si quis ex una parte probabile motivum habet de mortali commissso, vel quod de illo non sit confessus, & non habet prudens motivum, quod non fuerit mortale, vel quod de eo sit confessus, tenetur confiteri, *Sylv. Nav. Suar. Coninc. Haun.* apud la Gr.cic. n.604. : qui Haun dicit, in hoc convenire Theologos, quia cum non adsit prudens motivum judicandi, quod non peccaverit mortaliter, vel quod sit confessus, debet judicare contra se, & sic prevaleret præceptum confessionis.

8. Demum qui dubitans de mortali commissso, confitetur illud tanquam dubium, si postea certò cognoscat, se illud commisso, non tenetur illud ut cœcum. confiteri. *Caram. Sanch. Verd. Vidal. Merol. Leand. Escob. Bosco. Stož. Spos.* apud la Croix cit.n.540. & n.615., quia tale peccatum si erat, fuit direæte absoluendum, & ideo sub dubio penitens illud confitetur, *Unde Magister Sac. Palatii*, aliquique apud Lug., ut refert la Croix cit., dixerunt, sententiam hanc esse probabilem, qualem etiam censerent *Verric. Pelliz. Rosel. Delgad. Ferrantin. Tanner. Perez. Lohner. Bress. Gob.*, & probabilissimam dicit *Tamb. Omnes hi apud la Croix cit.* Contraria sententia est communionis, & tationis.

C A P. VII.

De Confessione generali.

9. **C**onfessio generalis tunc est necessaria, quando confessiones præteritæ fuerunt invalidæ ex defectu V.G.doloris; quod frequentissime accidit. De confessionibus præteritis, nisi oppositum clare constet, supponeendum est, quod Confessor recte munus suum fecerit. *Tamb. de exped. conf. cum Lug.* & quod fuerint validæ. *Tamb. cum Lug.. Segneri in suo Confess. iſtruito. La Croix lib.6 p.2.n.1221. cum Fill.*, & *Gob.* Hinc infert Segneri, & *Dian. p.3. tr.4. ref.89.* quod non debet Confessor indiscretæ perturbare penitentes circa validitatem confessionum præteritarum. Sed quando adest prudens motivum suspicandi de illis, Confessor potius sit amicus inducendi penitentes ad confessionem generalem,

Iem, quam illam omitendi; nam in prædicto heu, heu quæ confessiones invalidæ; ac, ut ex variis Scripturis probat Card. Bon. de princip. vita Christianæ p. 2. q. 50. & ut ostendit Segneri in Christiano istruito p. 1. rag. 5. SS. PP. concorditer docent, majorem partem fidelium adulorum damnari; & una ex rationibus a Segn. assignatis est ob malas confessiones, quæ fieri solent. Insuper Recupet. tract. 2. de num. prædestinorum suse probans, majorem esse numerum reproborum, quam prædestinorum ex Theologis, SS. Patribus, Scripturis, & rationibus, præfertim c. 6. Id probat ex multitudine recidivorum, seu ex facta poenitentia per Sacramentum poenitentiaz. Sed sufficit, quod ex supradictis major pars Fidelium adulorum damnetur; nam statim arguitur. Sed omnes isti, paucissimis exceptis, solent confiteri, ergo confessiones, quæ ordinariae sunt a majori parte fidelium, non sunt valide. Igitur bis saltem in vita cum majori præparatione, & emendationis proposito deberet fieri confessio generalis, in principio scilicet emendationis vita, & circa finem vita, scilicet in senectute, vel quando videtur mors appropinquare.

2. Si quis ex malitia tacens aliquod mortale, hujus rei oblitus plures fecit confessiones bona fide, non est necesse istas replicare, sed solum illas, quas mala fide fecit. Salm. tom. 1. de sacram. poen. et. 6. c. 9. c. 9. p. 3. cum pluribus gravibus DD. ab ipsis citatis. La Cr. lib. 6. p. 2. n. 1203. Et quidem si poenitens semper confessus est cum eodem Confessario, sufficit pro confessione generali (vide tamen a n. 3.), si dicat; *me accuso de omnibus peccatis in praeteritis confessionibus tibi confessis.* Se accusat etiam de confessionibus, & communionibus indigne factis, de peccato mortali malitiose omisso, & addat nova mortalia, si quæ sint.

Valebit autem hic modus confessionis generalis (sive etiam hic modus repetendi aliquam confessionem particularem), si Confessor habeat saltem confusam memoriam peccatorum, & aliquo modo recordetur status conscientiaz poenitentis. Com. sent. Sufficit etiam si Confessor recordetur poenitentiaz a se impositæ, licet non habeat confusam memoriam status conscientiaz poenitentis. Ita plerique cum Nav. in Man. c. 19. Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 1. dub. 3. art. 4. cum Vafq. Tol. Laym. Sà, Dian. Et hanc esse com. sent. testatur Tamb. de exped. confes. lib. 3. c. 2. cum Coninc. Suar. & communem dicit Averl. d. 10. sect. 20.

Immo

Immo si Confessarius jam imposuit pœnitentiam, quamvis nec peccatorum, nec pœnitentie neque confuse recordetur, sufficit pro tali modo confessionis generalis si solùm recognoscatur, quod talis pœnitens sit sibi confessus, & scit, quod nunc est bene dispositus, & quod nullum adsit impedimentum pro absolutione. *Suar. Gran. apud Tamb. loc. cit. Dian. Ferrantin. D. Antonio, Palud. Sylv. & alii cum Suar. d. 22. se&t. 6. Dian. p. 5. tr. 14. ref. 51.* cum Gran. Mercer. . Fel. Pot. fol. 337. cum Leand. Dian. D. Antonin. Lug. Ratio horum est, quia notitia illa distincta peccatorum habita jam fuit ad formandum judicium, taxandam pœnitentiam, & ad cætera præstandas quæ omnia jam Confessarius fecit.

Quod si Confessor nequidem confusam amplius haberet notitiam de statu pœnitentis, nec pœnitentiam imposuisset, pœnitens tenetur taliter explicare peccata antea ipsi confessæ, quæcunus sufficit, ut ex vi confessionis partim præteritis, partim præsentis Confessarius formare possit judicium saltem confusum de statu illo conscientię pœnitentis, & injungere pœnitentiam congruam. La Cr. loc. cit. n. 1218. cum Lug. Avers.

Hic Suar., & plures alii distinguentes de confessione invalida ex defectu sui, ut si non aderat verus dolor, vel jurisdiction in Confessario, vel malitiosa fuit omissum aliquod mortale, & de confessione invalida ex defectu Confessarii, quando scilicet erant omnia requisita ex parte confessionis, sed solùm Confessor non pronunciavit formam absolutionis, dicunt, in primo casu non sufficere illam repetitionem generalem paucis verbis factam, bene tamen sufficere in secundo casu. Sed valide, & licet fieri talem repetitionem generalem, & brevem, dicendo, *me accuso de omnibus peccatis in præteritis confessionibus tibi confessis*, si cætera adsinet, ut in hoc num. supra, sive confessiones priores fuerint invalidæ ex defectu pœnitentis, sive ex defectu Confessarii, docet Avers. q. 10. de confes. Sacramentali se&t. 20. cum aliis communiter. Nav. Val. Bon. Lug. Laym. Tamb. Avers. cum multis aliis apud la Croix loc. cit. n. 1216. Bon. de Sacram. pœnit. d. 5. q. 5. se&t. 2. p. 4. cum Val. Nav. Sylv. Vasq. Cor-ninc. Regin. Suar. Enriq. Zerol. . Castrrop. tom. 4. de Sacram. pœnit. trat. 23. d. un. p. 11. cum Sylv. Sà, & aliis. Tamb. cit. cum Lug. Hurç. 3. Neque obstat, quod prior confessio illa, ut dicunt aliqui, non fuerit legitima, & sacramentalis; nam est non fuerit ea tempore, præfenti tamen accusatione, & confessione fit sacramen-

mentalibus accusatio, & pars legitima Sacramenti, sicuti, ut praxis docet, si Confessor in decursu confessionis reperit aliquem casum reservatum, licentiam expectat a Superiori, & deinde prosequitur confessionem sine nova distincta accusatione peccatorum, quæ dicta erant: quando quis sine vero dolore confiteretur, in fine confessionis Confessor illum excitat ad verum dolorem, & absolvit absque distincta repetitione peccatorum; & si Confessor extra confessionem scit, vel vedit peccatum pœnitentis, non est necesse, quod pœnitens distincte narret peccatum illud, sed sufficit si dicat: *me accusu de peccato illo, quod scis, vel vidi*, ut docet Tamb.cit.Laym. lib.5. tr.6.c.9. cum Suar. La Cr, loc.cit.n.1199.cum com.

Si autem pœnitens non est semper confessus cum eodem Confessario, quicquid dicant aliqui, debet omnia mortalia explicare prout in confessionibus ordinariis circa peccata nunquam confessia, ut est certa, & com.fent.

4. Pœnitens in confessione etiam generali debet explicare numerum certum peccatorum, si de illo recordetur; alijs debet dicere numerum probabilem, addendo, plùs, vel minus. Quod si nec numerus probabilis haberi potest, debet explicare consuetudinem peccandi, tempus, per quod in illa permanuit, & modum frequentiae peccandi per tot vices circiter per diem, hebdomadam, mensem, vel annum quoad fieri potest. Suar.de sacram. pœnit. d.22. sect.5. Busemb. lib.6. tr.4. c.1. dub.3. art.1. & alii communiter.

5. Et nota, quod in confessione generali multorum annorum est moraliter impossibile, ordinarie loquendo, invenire numerum peccatorum: & ideo tunc ut plurimum reliquo numero certo, vel probabili, bene erit recurrere ad tempus, consuetudinem, & frequentiam peccandi, ut supra, ordinate examinando per precepta Decalogi, & Ecclesiae, & per ea, quæ pertinent ad proprium statum, & officium; & sic etiam innumerabiles scrupuli vitabuntur; nam deinceps semper quis recordabitur aliorum peccatorum præsertim internorum, & dubitabit, an sine sufficienter inclusa in numero, illo probabili dicto. Sic Meretrix explicare debet consuetudinem peccandi per tot annos, toties in hebdomada, vel mense, plùs, vel minus, toties in mense sorditice, vel cum Sacerdotibus, vel cum affinibus, plùs, vel mi-

dūs, per Tamb.cit.cum Fag,&c aliis, & per Laym. lib.1.tr.3. c.3.
cum Suar. Concubinarius dicat; pueram ut uxorem babus per
tres annos, & semel in die, plus, vel misius peccavi cum ipsa: ut
docet Tamb.cit. cum Enriq. Fag. Ident de juvēne passim concu-
piscente fœminas obvias, de fure habituato docet Tamb. cum
Vasq..

Neque isti peccatores habituati sunt cogendi dicere nume-
rum, vel frequentiam actuum internorum, quia impossibile
est; sed sufficit, quod explicent suum statum externum, ut
supra; quia explicatis actibus externis datur confusa notitia
actuum internorum. Tamb.cit.cum Vasq.. Laym.cit.cum Suar.

6. Quando quis confessus est, ut supra, peccata in confuso
per annos, vel menses cum frequentia peccandi, non tenetur postea
confiteri illa peccata, de quibus in particulari recordatur. Tamb.
citat.cum Vasq.& Lug. - La Croix lib.6.p.2.n.934.

Hic pro praxi nota, quod confessio generalis, nisi aliter
charitas, vel necessitas postuleret, deberet paulatim fieri per tres,
vel quatuor vices in termino duorum, vel trium hebdomada-
rum, & qualibet vice in primis poenitens se accuset de peccatis
quotidianis, ut videatur, si vere habet intentionem se emendandi.

7. Si necesse est, ut rudes, simplices, & mulierculæ faciant
confessionem generalem, potest Confessor ex confessione unius
anni metiri species, & numerum peccatorum pro reliquis annis,
quia solent habere uniformem vivendi modum. Dian. p. 3. tr. 4.
ref. 89. Salm. tom. r. de Sacr. pen. cum Enr. Fag. Leand.. La Cr. lib.6.
p.2.n.935. Attamen la Croix cum Dicast.dicir, quod Confessor
discreta, non moleste interroget, an aliquo tempore vitæ frequen-
tius peccaverit. Igitur isti non sunt dimittendi, ut se examinent,
qua si alias confundentur, & si nullies se examinent, non melius
facient, quam si a Confessore breviter interrogentur modo hic di-
cto. Salm.cit.cum Vasq.Lug.Dicast.La Croix cit.

8. Si inter temporis angustum, & urgentem necessitatem su-
mendi communionem necessaria sit confessio generalis, & ex
confessione unius anni non possit formari judicium plenum to-
tius vitæ, quia dicti diffiniter vixerunt, obligandi sunt sub mor-
tali, ut quantum possunt, nunc repeatant confessiones (non recte
factas) secundum species, & numerum, & secundum peccata gra-
viors, & absolvantur cum onere, ut in alia confessione dicant
reli-

etiqua peccata. Segneri in suo Confess. iſtruito cūm Conincio Megal. Bard. . Fel.Pot. fol.332.n.313.Laym.lib.5.tr.6.c.12.Sponser, & la Cr.lib.6.p.2.n.1253,cum Moya.

9. Quando pœnitens per plures annos est sacrilege confessus, ordinarie dimittendus est, ut se examinet, si est capax hoc faciendi; quia non potest tam cito omnium recordari. La Cr. loc. cit. n. 1226. cum Gob. Spor. Quia tamen est bene dispositus, & dimissus forsitan prosequetur sacrilege confiteri, suadet charitas, ut Confessor exquirat graviora peccata, & pœnitens redeat pro complemento confessionis, & pro absolutione, quæ de omnibus dabitur in fine; & nunc solùm ei det benedictionem, admonendo, quod non dat absolutionem. La Cr. cit. Quod si non posset sedire, nec facilè credatur alteri aperturus conscientiam, interroget de peccatis gravioribus secundum ætatem, statum, &c. quantum hic, & nunc fieri potest, injungat pro pœnitentia, ut in prima occasione, præmisso diligenti examine de vita præterea, confiteatur, & per actus fidei, spei, & charitatis bene dispositum absolvat. La Cr. loc. cit. n. 1227.

Sed quid si aliquis ex dictis peccatoribus accedat tempore magni concursus? Et dicendum, quod licet ratione magni concursus præcise non possit dimidiari confessio juxta prop. 59. damnatam ab Innoc. XI. ; nec etiam ratione querelæ aliorum pœnitentium, ut Viva supra dictam prop. ; ratione tamen alterius circumstantiæ, per quam accedit impossibilitas moralis integre confitendi in tali concursu, potest dimidiari confessio, si scilicet non solùm sit infamia, & scandalum si pœnitens inabsolutus communionem non sumat, sed etiam sit infamia, & scandalum ipsa longæ duratio confessionis ad horas dum alii expectantes remuntr. Viva cit. Segn. Confes. iſtr. c. 2. La Cr. loc. cit. n. 151. qui cum Carden. ponit exemplum, si in tali multitudine confientium pœnitens peregrinus non esset capax ad examinandum conscientiam, nec alias posset confiteri, & Confessarius V. G. ob fatigationem non posset eum diutiùs examinare. Quod exemplum tamen intelligendum puto si communionem non sumendo infamia, vel scandalum lequatur, vel si non absolvendo est periculum illaqueationis conscientiæ, vel desperationis, ut in aliis casibus supra positum, & ut patet ex Viva loc. cit. n. 12. Verum ad vitandas aliorum, qui confiteri volunt, querelas, quando esset confessio nimis lon-

gū alicujus pœnitentis , ex qua tamen nullum supponitur adesse scandalum , aut infamia per ejus longam durationem , potest Confessor suaderē pœnitenti , quod dicat aliqua peccata , recordat sine absolutione , & post aliquam horam redeat tanquam manifestatus peccatum aliquod oblitum , & interim det locum aliis . Viva loc.cit.n.10.

10. Ad facilitandam confessionem generalem si hæc fiat de peccatis mortalibus , bene erit , ut Confessor pœnitenti prætermittere faciat omnia peccata venialia , quæ non sint per accidens mortalia ratione alicujus circumstantiæ , vel finis mortalis , vel ratione conscientiæ errorum . Potest etiam Confessor non querere , per se loquendo , quænam peccata sint confessa , & quænam non ; nam peccatum , sive confessum , sive non confessum , semper est ejusdem speciei , & individuationis ; & idè quod non sit necesse hoc explicare in confessione generali probabile dicunt Salm. to. r. de sacr.pœnit.cum Dian.Gabriel.Dicast.Lug. & aliis , & probabile dicit Busemb. lib.6. c. 4. Et patet ex illa doctrina , quod si quis oblitus est confiteri in præteritis confessionibus aliquod mortale , quando posse illud confitetur , non tenetur explicare in confessione , quod de illo non est adhuc confessus , etiamsi prævideat , quod Confessor putabit , ipsum de tali peccato esse antea confessum , dummodo ex vi confessionis non inducat in illum errorem . Quam doctrinam tenent Bon.Homob. Verric. Dian. Lug.Dicast. Amic.Tamb.Arr.Bosco, Avers.Gob. Ills.apud la Croix lib.6. p.2. n.1181. Immo talis doctrina sequitur a fort.ex sent. illorum , qui dicunt , non obstat confessioni , si quis in confessione generali confitetur de mortali non confessio , tanquam de confessio indicando , quod de illo confessus sit ; cum hic non interveniat , nisi veniale meadacium . Et hujus sent. sunt Sanch. lib. 1. in decal. c.10.n.71.Bon.tom.1.de sacr.pœn.disp.5.q.5.sect.2. p.2. §.3. n.5. Dicast.d.9.n.147.Renzi. Laym. ; a quo tamen abhorrendum est.

Et confirmatur principalis assertio ex com.praxi Fidelium , qui confessionem generalem faciunt absque eo , quod explicitent , quæ peccata mortalia fuerunt confessa & quæ non , ut testatur Castrop. Confessor tamen , ut occurrat inconvenientibus , quæ contra hanc sententiam afferuntur ab Adversariis , debet judicare , & abolire peccata , ac si nunquam essent confessa , & sic etiam pœnitentiam imponere ; & talis etiam videtur esse sensus pœni-

pœnitentium, dum confitentur non distinguendo de confessis, & non confessis, ut dicunt Suar. Con. Sanch. Dicat apud la Croix cit. qui ita etiam docet lib. 6. p. 2. n. 1878. Solùm autem in iis, quæ sunt in favorem pœnitentis, potest Confessor petere, an confessus sit tale reservatum, si fortasse Confessor non habet facultatem, an fecerit restitutionem, ne iterum ipsum obliget ad restituendum, an adimpleverit pœnitentias a Confessariis imponitas, ut ipse possit minorem in confessione generali imponeare, &c. quamvis la Croix lib. 6. p. 2. num. 1880. velit, quod si in confessione generali pœnitens mixtim omnia dicat peccata confessa, & non confessa, imponi debet pœnitentia proportionata, veluti si nullum esset confessus; cum enim nullum distinguat ab altero, vult omnia accipi veluti non confessa.

11. Tandem si Confessor inveniat rudes, mulierculas, pueros bona fide solitos confiteri grosso modo, dicendo unum numerum pro alio, vel dicendo dubia pro certis, vel & contra, non debet illos obligare ad repetendas confessiones, quia Confessor saltem in confuso satis eorum peccata percepit. Tamb. de exped. confess. lib. 2. c. 1. n. 29. Segneri cit. cum Lug. Marchant.. Tamb. Salm. cum DD. cit. Potest etiam fieri, prout n. 7.

12. Hic in favorem confessionum generalium nota, sœpe obstat talibus confessionibus, quod in quibusdam Diœcesibus adest pœna reservata excommunicationis, vel interdicti contra non satisfacientes præcepto paschali: unde impedimentum esset pro illis. Adhuc tamen peccator habituatus, qui in Paschate confitetur cum tenui dolore, & sic communionem accipit, quamvis supponi possit, quod invalida fuerit confessio defensionis doloris, & quod in rigore communio non sit sufficiens ad satisfaciendum præcepto, non tamen incurrit pœnas illas, (si adest de hoc casus reservatus, aliter discussendum) quia hic non adest contumacia contra Ecclesiam, cum iste confiteatur, & communionem sumat, ut præcepto satisfaciat, & credens satisfacere. Hoc confirmatur ex doctrina illa, qua docetur, quod etiam quando lex simpliciter dicit, *qui deliquerit tali pena puniatur*, ignorantia mortaliter vincibilis, & culpabilis excusat ab incurris censuris. Ex c. 2. de const. in 6. ubi Pontifex excusat ignorantes a pœnis latis per statuta Ordiniorum, nisi eorum ignorantia crassa fuerit, & supina. Ergo aliqua ignorantia mortaliter culpabilis, dummodo non fuerit crassa, & supina, a pœnis

ad

his excusat ; alias nihil Pontifex decerneret , in quo esse posse difficultas ; nam ignorantia , quæ leviter est culpabilis , & quæ negligentiam mortalem non attingit , in omni sententia a censuris , & qualibet poena gravi excusat ; siquidem excusat a peccato mortali . Castrop. tom. I. tr. 2. D. I. p. 18. Sanch. de matrim. tom. 3. lib. 9. d. 32. n. 31. cum Sylv. & aliis Dian. p. 3. tr. 5. ref. 13. & p. 5. tr. 9. n. 17. & tr. 14. ref. 24. cum Sanch. Tanner. Cælestin. . Dian. Enriq. P. de Ledesim. Palaus , Ávila , & alii apud Salm. tom. 2. tr. 10. c. 1. p. 15. n. 196. La Cr. lib. I. nu. 770. cum Sanch. & Castrop. Quod probabile dicit Bon. tom. I. de cens. disp. 4. sect. 10. Et in specie de casu supra positio ita in terminis tenet Leand. apud Gabr. a S. V. & cit. ab Amend. tom. 2. de sacram. pœnit. p. 5. sel. 2. sect. 3. dub. 3.

Tunc autem est ignorantia mortaliter vincibilis , & culpabilis , sed non crassa , & supina , quando quis facit aliquam diligentiam , et si modicam ad illam vincendam , quia jam sic ignorantia non procedit ex lata culpa ; neque is videtur integre habere animum omittendi . Castrop. loc. cit. p. 15. La Cr. , & alii DD. supra cit.

13. Quia peccata mortalia commissa ex ignorantia crassa non tantam in memoria relinquunt speciem commissi mali , si quis (& hæc sit regula generalis pro peccatis mortalibus occultis) illa in pluribus confessionibus (non ex proposito) omisit , non statim obligandus est repetere confessiones , sed sufficit , quod dicat peccata illa . Quamvis enim saepe peccatum fiat ex ignorantia mortaliter culpabili , saepe tamen postea erit ignorantia inculpabilis confitendi , ut cum Avers. notat la Croix nox citandus . Laym lib. 5. tr. 6. c. 8. cum Suar. Coninc. Clau. Reg. lib. I. c. 4. cum D. Tb. Cajet. Nav. Adrian. La Cr. lib. 6. p. 2. n. 1223. cum Avers. . Segn. Conf. iſtr. c. 7. qui exemplum ponit de juvēne mollitiem committente cum ignorantia crassa . Quod si is scrupulum , vel dubium habebat de gravi obligatione confitendi tale peccatum , debebat diligentiam adhibere ad sciendam veritatem ; alias mortaliter peccavit , & confessio fuit nulla , & est replicanda . Si autem in genere tantum , & in confuso is apprehendisset , esse malum tale quid facere , vel illud non confiteri , nec cogitasset , an esset mortale , vel veniale , non peccasset mortaliter , & non opus esset repetere confessionem ; quod probabile dicit la Cr. loc. cit.

Sed

Sed & si quis non ex ignorantia crassa, sed ex malitia peccaret mortaliter, obligationem autem confitendi tale peccatum deinde apprehenderet ut malum in genere, non cogitando, an sit mortaliter, vel venialis talis omissione confitendi illud, quod maxime in pueris, juvenibus, simplicibus, & rusticis accidit, non peccaret mortaliter in omissione confitendi, nec tenetur repeter confessionem, sed sufficit, quod confiteatur peccatum illud commissum. Hoc sequitur ex illa satis probabili, & satis-commissum doctrina, qua docetur, quod si quis in confuso apprehendit, aliquid esse peccatum, non advertendo, an sit mortale, vel veniale, neque advertendo ad periculum peccandi mortaliter, neque ad maiorem obligationem inquitendi, neque dubitando, an sit mortale, non peccat mortaliter, sed venialiter, quia hic non cognoscitur malitia cum indifferentia ad mortalem, & veniale, sed malitia, quae est abstracta, & communis mortaliter & veniali; consequenter quae non excedit veniale, alias non esset communis mortali, & veniali. Et hanc doctrinam tenet Tamb. tom. I. lib. I. cap. I. §. 3. cum Val. Nav. De Lug. cit. a Barbitur. de conc. c. 8. n. 2. Nav. tom. 3. prælud. 9. fol. 118. Fel. Pot. fol. 405. cum Aer. Nav. Busemb. La Cr. tanquam probabilem amplectitus tom. r. lib. I. n. 3. cum Nav. Val. Sal. Gran. Ovied. Gob. Burgh. & plucibus aliis. Et probabilem dicit Diana. p. I. tr. 7. ref. 24. p. 3. tr. 4. ref. 162. & p. 5. tr. 5. ref. 31. cum Tambar. Nav. Bon. Lop. Val. Sanch. lib. I. c. II. n. 6. & Castrop.

¶ 4. Quando autem confessio generalis fit ex devotione, etiam si paenitens dixerit Confessorio, se velle de omnibus confessari, non proinde tenetur sub gravi omnia peccata mortalia in confessione exponere, quia peccata semel rite confessa non est amplius obligatio illa confitendi. Solum ergo in tali casu esset leve mendacium, vel inconstancia propositi, nisi adsit justa causa excusans executionem. Igitur in tali confessione generali ex devotione facienda, aut pro majori securitate Confessor primò interroget paenitentem an post ultimam confessionem peccatum aliquod mortale commiserit. Circa verò priorem vitam sinat dicere quod occurrit; neque importunus sit in exquirendo speciem, vel numerum peccatorum, nisi paenitens id velit, quia cum semel sit bene confessus, non opus est talia explicare. Ita la Cr. lib. 6. p. 2. n. 1878.

CAP.

De pœnitentia sacramentali.

1. Vamvis pœnitentia debeat esse proportionata peccatis; &c. ex Trid. sess. 14. c. 8. habeatur, eos fieri pœcatorum participes, qui sine justa causa pro gravibus peccatis levies pœnitentias injungunt; plures tamen possunt esse causæ, ob quas minor justo dari pœnitentia possit; nempe magna contritio, fragilitas animi, vel corporis, tempus jubilæi, vel indulgentiæ plenariæ. Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 1. dub. 4. art. 1. cum Suar. Enriq. Laym. Insuper in bonum finem excusaturs Confessor imponens minorem pœnitentiam, si adjungat illa verba: *Quicquid boni feceris, vel mali sustinueris,* &c. Ita Dian. p. 3. tr. 4. ref. 97. qui p. 3. tr. 7. ref. 3. citat Baun. & Leand. Et Bonac. tom. 1. h. 12 d. 5. q. 5. sect. 3. p. 2. ait, quod Nav. Regin. & alii observant, usum esse, ut modicæ pœnitentiæ injungantur, quia suppletur per illa opera generalia: *Quicquid boni feceris,* &c. Immo est sent. com., ut refert Bonac. loc. cit. quod possint dicta opera generalia applicari a Confessario pro pœnitentia per verba: *Quicquid boni feceris,* &c. Quod etiam posse fieri docent Salm. tom. 1. de sacr. pœn. tr. 6. c. 10. n. 35. cum Fag. Dian. Nav. Suar. Palud. Sot. Bonac. Regin. Can. did. ex usu Ecclesiæ: & est expressa sent. D. Th. quodl. 3. art. 28. Consequenter tunc minor pœnitentia imponi potest.

2. Non debet imponi pœnitentia perpetua, ut Pater, & Ave quotidie pro tota vita. La Croix lib. 6. p. 2. n. 1243. cum Castrop. Burgh. Steph.: & ibi apud la Cr. citati dicunt, te non teneri acceptare, vel acceptatain exequi.

3. Nota pro praxi, quod plurium conscientias illaqueantes inveni ob indiscretas, vel longas pœnitentias per menses, & annos impositas. De quodam autem homine, qui plurima horribilia scelera commiserat, & pluribus censuris irretitus erat per annos, & annos, vidi quod Sac. Pœnitentiaria solùm illi impoñuit, ut per sex menses temel in hebdomada confiteretur, communionem sumeret, & diceret quotidie Psalmos pœnitentiales, & ter in hebdomada ordinariam disciplinam faceret. Certe, ut sit Gerson. p. 2. operum in regul. moral. tutius est cum parva pœnitentia, qua sponte suscipitur, & verisimiliter adimpletur, du-

cere

cere confessos ad Purgatorium, quām cum magna non implenda
precipitare in Infernum.

4. Quando ob justam causam datur paenitentia minor,
quām duri deberet, notant DD., quod Confessor de hoc debet
monere paenitentem, cum ne peccata existimet. leviora, cum ut
ad altam paenitentiam faciendam excitetur.

5. Bene faciet Confessarius, si semper eandem paenitentiam,
de ordinariis paenitentiis loquendo, imponat per tot, vel tot vi-
ces, prout gravitas, & numerus peccatorum requiret; nam sae-
pe paenitentes paenitentiae obliviscuntur, & querunt a Confessio-
rio, qui & ipse oblitus erit.

6. Quod pro paenitentia possint injungi preces, & alia bo-
na opera pro Defunctis, docet com. sent. contra aliquos, sensus
Fr. delium, & praxis piorum Confessoriorum. Immo Catechism.
Rer. p. 2. de fatisf. n. 80. sic clare habet: *Sed ex omni satisfactio-
nam genere maxime convenit paenitentibus precipere, ut certis
aliquot, & definitis diebus orationi vocent, ac pro omnibus, &
præsertim pro iis, qui ex hac vita in Domino deceperunt, preces
Deo faciant.* Quod optimum erit, quia virtute sacramenti ma-
jorem efficaciam habent talia opera in suffragium Defunctorum,
ut notant DD.

7. Si Confessarius non determinet tempus pro implenda
paenitentia, paenitens tenetur illam implere cum primū come-
modo potest, ut à pari de voto. Busemb. lib. 6. tr 4. c. 1. Fel. Pot.
339. n. 3188. Bon. de sacram. penit. d. 5. q. 5. s. &. 3. p. 4. Tamb. de
meth. conf. lib. 4. c. 2. §. 3. La Cr. tom. 2. lib. 6. p. 2. n. 1287. At illam
differre per octo dies non est saltem mortale. Hurt. apud Busemb.
cit. & per multū majus tempus concedunt non esse mortale
plures apud Fel. Pot. Tamb. Busemb. cit. nisi sit paenitentia medici-
nalis, & nisi adsit dubium, an postea possit impleri. Si Confessan-
tius determinavit tempus, ut j. junare fer. 6., si differatur in
diem sequentem; vel communione sumere singulis mensibus, si
differatur ad paucos dies, V.G. tres, vel quatuor, non est mor-
tale, & cum aliqua justa causa nec est veniale. Salm. tom. 1. tr. 6.
c. 8. p. 1. Dian. & Palao apud Busemb. cit. Dian. p. 3. tr. 4. ref. 92.
cum Hurt. & Th. a Jesu. Fel. Pot. cit.. Et dicta colliguntur etiam
ex la Cr. loc. cit. n. 1290. cum Dian. Spor.

8. Omittere paenitentiam levem pro mortalibus injunctam

est tantum veniale, quia materia levis non est capax obligatio-
nis gravis. La Cr. loc. cit. n. 1278. cum Avers. & cum com. Idem
dic si omittas partem levem pœnitentie gravis ex Tamb. Busemb.
Con. Pag. D. ac. La Cr. Omittere pœnitentiam gravem injunctam
pro venialibus, vel pro mortalibus antea confessis, quod si
mortale docent apud la Cr. Null. Con. Pag. Lug. & alii, & 9. graves
DD. apud Salm. cit. Quod sic veniale docet Nav. Sot. Palud. Ledes.
Suar. Laym. Fill. Dian. Avers. cum aliis apud la Cr. loc. cit. n. 1279.
& 12. graves DD. apud Salm. cit.; quod probabile dicit Busemb.
cit. & la Cr. loc. cit.

9. Pœnitentia absolute imposita, V. G. de rosario dicendo,
potest impleri stando, vel ambulando. La Cr. loc. cit. n. 1280.
Et hoc videtur certum. An autem quando injungitur, ut quis
oret flexis genibus, vel ante aliquam imaginem, satisfaciat pœ-
nitentiae si omittat talem circumstantiam, Salm. cit. Tamb. loc. cit.
9. 5. cum aliis, & la Croix loc. cit. n. 1280. dicunt, satisfacere si cir-
cumstantia illa est levis, sed esse peccatum veniale; non autem
satisfacere, si est gravis, & nimis afflictiva, consideratis confi-
derandis, quia tunc circumstantia transit in substantiam pœ-
nitentiae.

10. Qui oblitus est pœnitentiae impositae, sive culpabiliter,
sive inculpabiliter, si presumat, Confessorem memorem esse
pœnitentiae injunctae, debet ad illum accedere, si sine gravi in-
commodo potest, & interrogare de pœnitentia imposta, ut pa-
tet. Salm. cit. cum Cajet. Sot. Med. Nav. Con. Boni. Dian. Palaq.
Ant. a Sp. S. Bon. cit. cum Con. Nav. & aliis. Si autem credat, quod
Confessor oblitus est pœnitentiae, vel si non possit ad Confesso-
rem accedere, quod si negligenter culpabilis oblivionis fuit mor-
talis, teneatur tale peccatum confiteri, jam non est dubium, &
quod teneatur eidem, vel alteri Confessario peccata saltem pre-
cipua confiteri, etiam si inculpabilis fuit oblivio, ut pœniten-
tiam obtineat, & integritati Sacramenti satisfaciat, docet Bon.
loc. cit. p. 3. cum D. Antonin. Sylv. & aliis. Richard., & alii idem
tenent apud Salm. loc. cit. p. 6. Sed quod non teneatur iterum
confiteri sua peccata, nec ad alias pœnitentiam a Confessario
accepitdam teneatur, quia sufficiens is excusat, ne cogatur
bis confiteri peccata, docent Salm. cit. cum 15. gravibus DD. Bu-
semb. lib. 6. tr. 4. c. 1. dub. 4. cum Lug. & aliis. La Cr. loc. cit. n. 1275.

cum

Cum Busemb. Soc. Nav. Amic. Avers. Arr. Spor. & aliis. Laym. lib. 5. de sacram. psm. tr. 6. c. 15. Qui, & quasi omnes citati pro hac secunda sententia, dicunt & consultum esse, ut qui culpabiliter, vel inculpabiliter penitentie oblitus est, aliam similem, quæ pro illis peccatis dari solet, sibi imponi in sequenti confessione procuret.

11. Si penitentia injuncta fiat impossibilis, vel valde difficultis, non amplius obligat, nec obligatio est aliquid ejus loco substituendi dorante tali causa excusante, ut infirmitate, &c. **Busemb. cit. Tamb. tr. 2. de 2. Eccl. psec. c. 23. La Croix loc. cit. n. 1275. cum Avers. Salm. loc. cit. p. 6. cum Avers. & aliis. Laym. cit.** : qui, ait, quod ex qua parte poenitentia adimpleri potest, adimpleri debet; sicut & alii etiam docent.

12. Si confiteri, poenitentiam esse injustam, sive irrationabilem, non est obligatio adimplendi, nec aliquid substituendi pro illa. **Laym. cit. Salm. cit. cum Con. Laym. Palao, Busemb. Ant. a Sp.S. Busemb. cit. Qui tamen in actuali confessione videt, se poenitentiam implere non posse, vel sibi difficultem esse, potest rogare Confessarium, ut illam mutet: vel si Confessarius mutare nolit, potest ante absolutionem pergere ad alium discretum Confessarium, cui confiteatur; nam hoc si sine causa fiat, est veniale, si cum causa licitum est. **Busemb. cit. cum Suar. Laym. Con. La Gr. loc. cit. n. 1276. cum Suar. Con. Lug. Avers. Bon. cit. cum Suar. Coninc. & aliis.****

13. Poenitens adimplens poenitentiam in statu peccati mortalis non peccat mortaliter, & satisfacit obligationi poenitentiae, sed peccat venialiter, quia partem Sacramenti suscipit indigne, & ponit obicem effectui illius, scilicet remissione penitentie temporalis (qui tamen effectus obice remoto, peccati scilicet mortalis per gratiam, recuperatur per Laym. cit. cum Cajet. Med. Beja, Tolet.. la Gr. cum aliis lib. 6. p. 2. n. 1245. & per Nav. Tol. Cajet. Dian. Pag. Suar. apud Busemb. cit.), ut docent Salm. loc. cit. p. 6. cum pluribus gravibus DD. apud ipsos cit. Laym. cit. cum Suar. Bon. cit. Busemb. cit. Anacl. tr. f. 4. de sacram. dñs. 10. q. 1. cum com.

Poenitentiam unius confessionis non implere antequam hæc secunda confessio peccatum est de se veniale, ut docent aliqui DD., nisi excusat justa causa.

14. Poenitentiam ab uno Confessario impositam non potest

Q 2

alius

alius Confessorius commutare extra confessionem. Com. sene apud la Cr. cit. n. 1293. quia in tali casu Confessorius iste non habet plus potestatis, quam laicus. Sed eti in confessione mutetur, debet saltem in confuso notitiam habere de illis peccatis pœnitentis, quia non potest ferre sententiam non cognita causa. Salim. loc. cit. p. 6. cum Palao, Suar. Coninc. Laym. Sot. Sylv. Vafq. Regin. Fag. Molfes. Lug. Anacl. cit. cum Suar. i. Laym. cit. cum Sylv. Sot. Valent. Snat. Con. Bon. cit. cum pluribus aliis. Fel. Pct. fol. 341. n. 3204. cum Mastr. Fill. Lug. Notat Bon. & Fel. Pct. quod expertus Confessor potest ex priori pœnitentia cognoscere in confuso statum pœnitentis, & commutare.

15. Pœnitentiam vindicativam, & pure satisfactivam potest ex rationabili causa (V.G. ut facilius, & davorius pœnitens filiam adimpleat.) Confessor, qui imposuit, commutare, etiam post longum tempus, & extra confessionem, dummodo aliquo modo memor sit peccatorum, vel status pœnitentis. Tamb. de meth. confel. lib. 4. c. 2. §. 4. cum Sal. Lug. Busemb. cit. cum Lug. Averf. Dian. Nav. Val. Sd. Sum. Coron. Rodriq. apud Bon. cit. p. 3. Fel. Pct. fol. 341. n. 3201. Et probabile dicit Laym. cit., & la Cr. loc. cit. n. 1298, cum Lug. Sal. Ars. Haun. quia repetere confessionem effet onus nimis grave pœnitenti, & Confessarii, qui ulteriori ex peracto judicio virtualiter retinet potestate in mitigandi, & commutandi pœnitentiam. Plures tenent oppositam sent., nisi intra breve tempus fiat commutatio, scilicet statim post absolutionem, vel intra spatium unius diei, vel duorum, aut trium dierum.

Hic nota, dicendum esse à pari, quod Confessor etiam pœnitentiam medicinalem, & præservativam potest commutare, ut supra, ex rationabili causa, dummodo aliam præservativam imponat. Bon. cit. Fel. Pct. fol. 341. n. 3199.

16. Sed de pœnitentia peccatorum resolvatorum, an iam possit commutare simplex Confessorius, negant 14. graves DD. apud Salim. cit. Gorm. & alii apud la Cr. loc. cit. n. 1294. Laym. cit. cum pluribus. Affirmant 12. graves DD. apud eisdem Salim. loc. cit.; qui Salim. utramque sent. dicunt probabilem. Enriq. Bon. Joe Sanch. Dicunt. Amic. apud la Cr.: quod probabile dicit Busemb. cit. cum Fernand. & Tamb. loc. cit. c. 13. §. 2. Probabile, & tutum in praxi dicit Dian. p. 2. tr. 1 §. ref. § 3. cum Vafq.

17. Pœnitentiae utiliores universim, ut notat la Cr. loc. cit.

8 D.

n. 1269. sunt illæ, quæ sunt magis accommodatæ ad huc, vel illum prædictam discrete affigendum, & efficaciter emendandum. Non expedit longas orationes imponere illis, qui vix tempus habent orandi, aut aliunde obligati sunt ad multum orandum. Itaque talibus iungendas sunt pœnitentiae parvæ, & efficaces, V.G. ut certa die, aut certis festis confiteantur, & communioneam sumant. Ut de mysterio, in quo majorem habent devotionem, vel de materia, qua maxime terreatur, per aliquid tempus quotidie meditentur. Ut librum aliquem legant efficacem profluggerendis motivis ad hoc, vel illud faciendum, aut emendandum. Usque ad proximam confessionem mane proponant cavere tale peccatum; vespere autem faciant examen conscientiarum, & actum contritionis. Vespere lecto incumbentes cogitent, se aliquando morituros, & e lecto non surrecturos. Usque ad proximam confessionem quoties hanc, vel illam temptationem sentient, cogitent Deum sibi presentem, qui judicabit, & severepuniet, si peccaverint. Ut quoties peccaverint certam aliquam posnam subeant, aut in sequenti die confiteantur.

Et quia quædam magis opus est meritorium, tantum magis, ceteris paribus, est satisfactorium, cum actus fidei, spei, & charitatis sint maxime meritorii, & plurimum conferant ad emendacionem vitæ, utilissime tales actus pœnitentibus pro pœnitentia imponuntur. Hæc omnia ex la Cr. cit. apud quem n. 1269. valde nocanda, & pœnitentibus proponenda sunt verba Ant. Sucquet dicentis: *fontem omnis peccati, & relapsuum esse desideriam Fidei; non enim vive credimus, qua Fides catholica prorsis.*

C A P. IX.

De sigillo sacramentali.

1. **C**onfessarii debent diligenter studere tractatui de sigillo sacramentali, & de sollicitatione; alias multi, si non ex malitia, ex ignorantia, vel ex simplicitate se S. Officii seos esse experientia vel in viti cognescunt. De sollicitatione, & circa tractatus in honestos cum pœnitentibus optime agit Fel. Pot.

2. Sciant juniores Confessarii sub sigillo sacramentali cader-

re nedum peccata pœnitentis , sed complicis , vel etiam tertii , qui se habet ut objectum peccati pœnitentis , V.G. , si pœnitens in confessione dicit se temere judicasse de Petro , quia vidit eum intrare in domum meretricis , non potest Confessor dicere alicui , scio , Petrum iuisse in domum meretricis , licet Petrus non sic complex , sed objectum peccati pœnitentis , quatenus illum vidit euntem in domum meretricis . Et est com. doctrina . Si tamen factum tertii est publicum , non cadit sub sigillo , quia cum sic omnibus notum , de illo pœnitens non curat , si a Confessario alteri manifestetur , ut si pœnitens dicat in confessione , gavisus sum de homicidio facto a Petro in foro publico . Ita Tamb. Spores de sigillo sacramentali .

Nunquam tamen Confessor potest manifestare peccatum etiam publicum sui pœnitentis ut sibi confessum , seu non potest loqui de peccato publico pœnitentis , nili si , & quatenus de tali peccato scit extra confessionem , ut cæteri homines ; & sic de publica meretrice non potest dicere , cum magna contritione confessio est sua peccata carnalia ; peccata enim etiam publica pœnitentis cadunt sub sigillo sacramentali . Bon.de sacr. pœnit. d.5. q. 6. sect. 5.p.2.cum Nav.Con. Nuñ.Suar.Fill.. Mendo in Epit. Laym. lib. 5.tr.6.c. 14.

3. Confessarius neque ad bonum finem potest uti scientia confessionis , si minimum adesse potest gravamen pœnitentis (& idem est si adsit gravamen , sive incommodum complicis , vel alterius , de quo aliquid cognovit ex confessione , quia quicquid dicitur a pœnitente in ordine ad explicandum suum peccatum , cadit sub sigillo sacramentali) licet pœnitens nihil suspicari de hoc possit , quia hoc ipsum faceret confessionem odiosissimam , si scirent Pideles , quod Confessarii clam uti possent tali scientia cum pœnitentium incommodo . La Croix lib.6.p.2.n.1975. cum Francol. Viva in de usu scientiae ex confessione habitæ cum Lug. Fel.Pot.fol.343. a n.3226., & Suar. Vasq. Præp.Bonæ spel, Dicast. Steph. Averf.Stoz, del Rio apud la Croix loc.cit.n.1976., & 1977. quia audita in confessione Confessor ministris scit , quam quæ ne scit , ut ait D. P.Aug. Hinc Steph. apud La Croix cit. ait , si confessus est Cajus , se vitio carnis deditum esse , & pronum ad seducendum alios , Confessor sciens eum condonare pueris innocentibus , nequidem indirecte posset facere , ut inde amoveretur , si hoc

si hoc cederet in aliquod ejus incommodum ; quamvis nec Cajus , nec ullus alius adverteret hoc fieri ex scien^{ia} confe^ssionis.

4. Veritas hujus doctrinæ patet ex decreto Cleu. VIII. anno 1593. (de quo in cap. 3. n. 16.) per quod prohibetur Superioribus Regularibus , ne notitia de peccatis, quam ex confessione habuerunt , ad externam utantur gubernationem . Quare licet plures DD. olim oppositionem docuerint , jam nunc doctrinam illam non subsistere aperte videtur decidere Pontifex , ut ait Viva in de usu scientiæ ex confessione acquisitæ §. 7. cum Sanch. : & Lug. dicit, se nescire quo pacto post hoc decr. sententia illa possit sustineri : & quod sustineri non amplius possit , pariter docent communites Recentiores apud Dicast. , ut refert Viva cit. Sed præsertim la Croix loc. cit. n. 1977. illam sent. dicit non esse amplius probabilem.

5. Neque dicas cum Hurt. , quod dictum decretum dirigatur solum ad Superiores Regulares , & sic quod adhuc Episcopi , & alii Sacerdotes non Regulares possint uti scientia confessionis , &c. nam bene Viva cit. ex dicto decr. infert nulli prorsus id licere , quia , ait , motivum talis decreti , ipso Hurt. fatente , ut advercent Lug. & Dicast. , est ne confessio fieret odiosa ; sed hoc ipsum est motivum præcepti naturalis , & divini de sigillo custodiendo. Ergo eo præcepto Pontifex non induxit novam obligationem , sed antiquam præcepti naturalis , & divini ad memoriam revocavit . Ergo pro omnibus valet . Hæc Viva . Et ita etiam Anacl. er. 14. de sacram. dist. 9. q. 3.

6. Veritas dicta multo magis probatur , & a fort. ex sequenti decr. Inqu. Univ. Rom. ann. 1682. Prævia matara consideratio DD. consultorum , facta fuit discussio sequentis propositionis. Scientia ex confessione acquisita uti licet , modis fiat sine directa , aut indirecta revelatione , & gravamine pænitentis , nisi aliud multo gravius ex non usu sequatur , in cuius comparatione prius meritum contempnatur . Adalita deinde explicatione , sive limitacione , quod sit intelligenda de usu scientiæ ex confessione acquisita cum gravamine pænitentis , seclusa quacunque revelatione , atque in casu quo multo majus gravamen ejusdem pænitentis ex non usu sequeretur . Et statuerunt , dictam propos. quatenus admittit usum dictæ scientiæ cum gravamine pænitentis , omnino pro-

probibendam esse , etiam cum dicta explicacione , sive limitatio-
ne : Et praesenti decreto prohibent , ne quis ultra audiatur talium
doctrinam publice , aut privatim ducere , aut defendere sub pa-
nis arbitrio S. Congr. infligendis : mandantes etiam universis
Sacramenti pœnitentiae Ministeris , ut ab ea in praxim deducendo
prorsus abstineant .

7. Per dictum dec. Clem. VIII. , de quo n.4. non prohibe-
tur , quin Confessarii , & Superiores possint uti notitia confessio-
nis ad ea , quæ non sunt in pœnitentis gravamen . & sic possunt
benignius se gerere erga pœnitentem , illaque favorem impertiri .
qui tamen non sit tacita obiurgatio culpe confessæ , rigorem
temperare , &c. quia sic non sit confessio odiosa . Viva loc.cit. §.9.
cum Lug. Palao , & alijs communiter . Ulterius , cum Confessarii
confessiones audiendo multam acquirant prudentiam , non pro-
hibentur Confessarii , & Superiores per dictum decr. Clem. VIII.
quoniam tali prudentia uti possint ad externam gubernationem cum
aliis , ad quos nullo modo se extendit obligatio sigilli sacramen-
talis , quia scilicet non sunt persona ipsa pœnitentis , complicis ,
aut alterius , qui fuerit objectum peccati pœnitentis , aut alio
modo cadat sub sigillo sacramentali ; neque sunt personæ perti-
nentes ad pœnitentem ratione cognitionis , amicitiae , vel alio mo-
do , taliter quod rationabiliter pœnitenti displicere posset usus
talis scientiæ quoad ipsos in Confessariis , vel Superioribus . Sen-
sus enim omnium DD. circa dictum decr. Clem. VIII. est can-
tum , quod Confessarii , & Superiores non possint uti notitia
confessionis ad exteriorem gubernationem cum gravamine pœ-
nitentis , etiam si nulla daretur confessionis revelatio ; non au-
tem negant , quod possint illi uti tali notitia , quando nullum
sequitur gravamen pœnitentis ; nam ut notat Viva loc.cit. , re-
velatio confessionis est pro quovis casu illicita ; usus vero noti-
tiae sacramentalis non est illicitus , si non redundet in gravamen
pœnitentis . Hinc etiam post tale deer. docent communiter DD. ,
& praesertim Viva loc.cit. , quod Confessor potest ex confessione
unius se regulare ad faciendam in confessione complicis , vel al-
terius interrogationem aliquam necessariam , vel utilem , cum
debita tamen cautela , ne prior confessio reveletur , ut dictum
est cap. 5. n.9. & ex Anac. tr. 14. de Sacram. dist. 9. q. 3. Concionator ,
vel Doctor moralis potest uti notitia confessionis ad melius com-
ponen-

ponendas conciones, & lectiones, si ita prudenter fiat, ut nullus inde scandalum possit, aut incommodum sequatur.

Nota ex Viva loco cit., pro licito usu notitiae ex confessio-
ne habitæ non sufficere quamlibet probabilitatem, quod non adie-
periculum alicujus gravaminis in pœnitente, sed requisi, quod
id sit moraliter certum, vel saltem probabilissimum. Tunc au-
tem ex eodem Viva id est moraliter certum, quando communi-
ter homines non gravantur ex aliquo usu talis notitiae.

8. Bene advertant Confessarii, ne dum confessiones audiunt,
in iram prorumpendo, gestu, signo, vel voce aliquid agant, per
quod circumstantes in suspicionem veniant gravis peccati pœni-
tentis, & sic sigillum frangant: quod facile, & frequens est.
Quando autem non possunt absolvere pœnitentem, si periculum
sit, quod circumstantes hoc animadvertant, debent quidem,
equivocando, aliquam orationem dicere, vel benedictionem il-
li dare, ne de illius indispositione suspicentur, sed recitare non
debent aliquid consuetum spectans ad Sacramentum pœnitentie,
ne quidem verba illa: Pessio Domini N. J. C. O. c. quia es-
set simulatio Sacramenti, ut docet Carden. super 1. prop. In-
nec. XI.

9. Confessarius, qui peccatum a se commissum non potest
explicare, nisi manifestet peccatum pœnitentis in confessione
auditum, si habeat necessitatem confitendi, nec copiam ha-
beat alterius Confessarii, cui fit ignotus pœnitens, excusatur a
tali peccato dicendo. Bonac. tom. 1. de sacram. pœnit. d. 5. q. 5. sect.
5. p. 4. cum Vasq. Sylv. Cajet. Regin. Coninc. Henr. Zerol. & aliis
communiter. Quia præceptum sigilli sacramentalis strictius
obligat, quam præceptum integratatis materialis in confessione,
etiam in articulo mortis. La Croix lib. 6. p. 2. n. 1958. cum Sylv.
Nav. Suar. Fill. Castrop.

10. Duo Confessarii, qui audierunt peccata ejusdem pœni-
tentis, non possunt de illis peccatis ad invicem discurrere nomi-
nando pœnitentem, quia sic frangunt sigillum. Bonac. tom. 1.
de sacram. pœnit. d. 5. q. 6. sect. 5. p. 4. cum Suar. Lazar. Fill. & aliis.
La Croix lib. 6. p. 2. n. 1953. cum Aversa.

Sed contingere potest præsertim inter Confessores ejusdem
Ecclesiae, vel Oppidi, quod unus Confessor consilii causa inter-
roget alium Confessarium super casum aliquem confessionis sui

pœnitentia, qui similia peccata confessus est huic alteri Confessorio; & licet primus Confessor non nominet pœnitentem, adhuc tamen secundus Confessor ab initio discursus incipit cognoscere, quod ille Confessor loquatur de tali pœnitente. Igitur in hoc casu secundus Confessor non potest permettere, ut primus Confessor prosequatur incepsum sermonem; quia facile ex hoc discursu secundus Confessarius veniet in cognitionem majoris numeri peccatorum, vel persistentiae in habituatione peccati, sive mortalis, sive venialis determinanti in pœnitente, aut in complice, aut in alio, ultra priorem cognitionem, quam de peccatis illis habet. Sed jam si secundus Confessor nescit resolvere casum, qui ipsi proponitur, potest libere respondere: *nescio de hoc casu tibi consulere*. Si autem scit casum resolvere, respondere debet: *nunquam de hoc casu tibi consulere: consilium ab aliis pere*. Neque alia opportunitas responsio hic dati potest. Sic etiam in casu simili, quando quis interrogat Confessarium, an pœnitens confessus sit tale peccatum, Laym. lib. 5. tr. 6. c. 14. Soc. in 4. dist. 1. 8. q. 4. art. 5. & aliqui Lovanienses apud Sandæum quem refutat Croix lib. 6. p. 2. n. 1982. simili modo dicunt, quod Confessor, nihil respondendo debet interrogantem reprehendere de sua ineptia, aut temeritate; quamvis potius in hoc casu Confessor debeat respondere, etiam cum juramento, si opus fuerit, dicens, *nescio, id est, nescio ut homo, ut docet Dian. p. 3. tr. 6. ref. 30. cum Graff.. Viva, & Carden. super prop. 26. & 27. damnatam ab Innoc. XI. La Cr. cit. cum Lug. Sto. Immo Confessor tenetur dicere, *nescio, si tacendo, seu reprehendendo, vel generatim respondendo, suspicio causetur, quod pœnitens peccatum illud commiserit, vel quod peccatum alijs notorium non sit confessus, ut docet Dian. & la Cr. cit. cuiusquamvis non placet responsio. illa Lovaniensem, sicut nec mihi omnino eridet, quia sic interrogans judicabit, pœnitentem fecisse tale peccatum; responsio tamen illa, *nunquam de hoc casu tibi consulere*, debet mihi, & ipsi placere, quia opportunitas responsio hic dati non potest: & si dubilis sit, ex nunc me illi subscribo.**

Hinc juniores Confessarii bene notent, quod quando consilium pro aliquo casu confessionis petunt, nunquam descendere debent ad particulares circumstantias, dicendo, *beris quidam venis mihi confessus dixit, quod cum ancilla domas tua, &c. &*

nun-

nunquam casum in praxi tanquam ipsis in confessione occursum proponant, sed semper speculative tanquam casum, qui posset accidere in futuram, dicendo: *Si daretur casus, quod aliquis cum muliere aliqua, quam non potest e domo expellere, &c.* Et licet sic proponendo, vel respondendo, nescio, ut supra, aliqua etiam levis conjectura, & suspicio de persona pénitentis, & de illius peccatis aliquando contingere possit, de ipsa non curandum; nam periculum suspicionis, quod tenetur Confessor vita-re ex obligatione sigilli sacramentalis intelligitur, alt de Lug. d. 23. sect. 5. n. 106., de suspicione probabili, non autem de conjecturis etiam levibus, quas malitiosi, & nasuti facile faciunt. Ita Plat. S. Th. Scot. Med.; aliquae; quod videtur etiam in praxi observari; est enim fere impossibile omnem suspicionem indirectam omnibus auferre.

II. An si Petrus ante confessionem consulat virum doctum de aliquo dubio in ordine ad confessionem faciendam cum alio Confessario, teneatur consiliarius ad sigillum sacramentale? Negant Suar. Enriq. Arag., & alii apud Dian. p. 5. tr. 11. ref. 44. & probabile dicit Tamb. Et dicunt, teneri solum ad sigillum naturale, quia scientia illa non est ex confessione; neque sit per confessionem. Affirmat Dian. cit. cum Pag. & Nav., & Tamb. etiam si consiliarius sit laicus, quia talis manifestatio est per ordinem ad confessionem, & est inchoative confessio. Quod eandem rationem la Croix tom. 2. lib. 6. p. 2. n. 1940. cum com. docet, adesse obligationem sigilli sacramentalis, si Petrus consulat Sacerdotem pro pacanda conscientia, volens confiteri, si opus fuerit, quamvis nunc ex indispositione pénitentis, aut ex reticentia peccati mortalis, aut ex malitia Sacerdotis, aut ex defectu jurisdictionis approbationis, vel intentionis non sequatur valida absolutio. Si quis tamen etiam in confessionali genuflectens, absque animo confitendi dicat peccatum Confessario, & addat, se illud committere sub sigillo sacramentali, & Confessarius veluti sub sigillo sacramentali admittat, non adeo obligatio sigilli sacramentalis, quia manifestatio illa non est in ordine ad absolutionem, & sic non est sacramentalis: & quod de jure non subsistit, nullum sortitur effectum. Bonac. loc. cit. p. 2. cum Sanch. Fill. & aliis. Dian. p. 5. tr. 11. ref. 54. La Cr. lib. 6. p. 2. n. 1942. cum Suar. Vasq. Fill. Gob. Avers. Burgh. Stoz. Sed male agit Confessor, si rem non pertinet.

nentem ad confessionem , & quæ neque dicitur in ordine ad confessionem , recipere sub sigillo confessionis , quia est contra reverentiam sacramenti confessionis ; & reuelando debret puniti pena extraordinaria .

12. Quamvis non omnis locutio de rebus in confessione auditis frangat sigillum sacramentale , attamen quanto minore de auditis in confessione loquetur Confessor , tanto melius faciet ; nec potest satis explicari quam facile ab indoctis , vel a junioribus Confessariis sigillum ignoranter frangatur , praesertim in Monasteriis , Collegiis , vel in parvis Oppidis , cum scandalis , & periculis . Sed etiæ aliæ non sit fractio sigilli dicere in genere : *quidam homo mibi confessus dixit hæc , & hæc : si non adsit periculum suspicionis contra aliquem ; abstinentum tamen ab his locutionibus coram rusticis , & indoctis ; quis quando audiunt Confessarium nominare confessionem , licet nullus nominetur in particulari , credunt , quod sit revelatio confessionis .*

13. Frangitur etiam sigillum si occasione peccati in confessione auditi Confessarius vultum asperiorum ostendat pœnitenti extra confessionem . Com. sent.

Ex quo sequitur , quod pœnitens , cui Confessor ex auditis in confessione ostendit vultum asperiorum , & non potest considerari alteri Confessario , si non habet tantam virtutem hoc sufficiendi , potest dimidiare confessionem , tacendo peccatum illud , ob quod Confessor sic cum eo agit ; de quo peccato postea , cessante eali causa , suo tempore confitebitur . Si enim grave incommodum excusat ab integritate confessionis , gravis rubor pœnitentis ex vultu asperiori Confessarii est grave incommodum ; aliæ si non esset grave incommodum & non esset fractio sigilli in Confessario , quia correlativorum eadem est ratio . Bene est in occasione hæc explicare pœnitenti , ut bona , non mala fide peccatum illud taceat .

14. An defectus naturales , ut esse ignobilem , indoctum , studiis ingenii , scrupulosum , &c. quos cognoscit Confessor ipsa experientia confessionem alicujus audiendo , non autem ex accusatione pœnitentis , cadane sub sigillo sacramentali , negant Mend. in Epit. Con. & Hurt. apud Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 3. dub. 1. Lug. cum Nav. apud Tam. de exped. conf. lib. 3. c. 3. Nav. Lug. Dian. Avers. & alii apud Salm. tom. 1. de sacram. pœn. tr. 6. c. 14.

n. 35. qui hanc sent. dicunt probabilem, & Dian. p. 5. tr. 11. ref. 50. dicit esse communem. Sed communem esse bene negat Tamb. cit. & tales defectus cadere sub sigillo, tenent Con. Laym. Palao, Grant. Hurt. Tamb. Bonae spei, & alii apud Salm. cit. (qui & hoc probabile dicunt) Bauny, Castrop., & alii apud Tamb. ; quia sic confessio sit odiosa. Spor. cum Tamb. negat, si illi defectus sint paucim noti ; affirmat, si non sint noti. Consulendum tamen semper est cum Salm., ut Confessor abstineat a talibus locutionibus.

15. Quæres. 1. Quid faciet Confessor in Oppido, vel Monasterio Religiosorum, vel Monialium, quando consilium petere debet circa casum gravem, & cum notum sit ipsum esse Confessorem talis loci, vel Monasterii, inde sequeretur infamia Monasterio, vel loco?

R. Dian. p. 2. tr. 15. ref. 13. ait: *Dottissimi viri (quod mirum alicui videbitur) docent in tali casu, Confessarium frangere sigillum confessionis. Ita Vasq. cum Ledes. Fill. Suar. Coninc. Bonac. qui citat aliquos DD. pro sua sent. contrarium afferentes. Et de facto semper mihi hoc mirum visum fuit. Quid enim faciendum Confessori, qui nescit se resolvere in tali casu ? Dicitur tentare Deum, vel cum maximi scandali periculo errare ? Igitur dicendum, quod in tali casu non est fractio sigilli sacramentalis, dummodo ita caute Confessor loquatur, ut nemo possit venire in cognitionem personæ penitentis ; quia sic nulli penitenti fit injuria. Ita Onuphr. & Sylvius, Nav. Vivald. Megal. Enriq. dicunt de Oppido, vel alio loco apud Dian. loc. cit. apud quem Nufius, & Fag. dicunt, oppositam sent., loquendo de Religione, vel Monasterio, non esse ita certam, ut posset Confessor puniri tanquam revelator confessionis. Et hujus sententiae videtur esse ipse Dian. & specialiter p. 5. tr. 11. ref. 35. dicit in Oppido tunc solùm frangi sigillum, si ibi sint aliqui suspecti, quia tunc facile aliqua infamia eveniet. Et hanc sent. negativam tenet Excob. in summa cum Enriq. loquens de aliquo loco in genere; quamvis dicat, quod coram infirmioribus haec dicere sit peccatum ob scandalism. Sed, novissime quidam Missionarius ignotus in libro, cui nomen, *Istruzione per i Confessori novelli: Pavia 1720.* tam de locis, quam de Monasteriis dicit, quod Avers. de penit. q. 18. sect. 4. & alii asserunt, non esse in dicto casu fractionem sigilli, neque peccatum iniquitatis (cui sententia ipse accedit, si non adsic perculum)*

culum notitiae, vel suspicionis contra personam particularem) & non frangit sigillum, si non possit esse suspicio de particulari persona, tenent Nav. Sylv. Averl. & alii apud la Cr. lib. 6. p. 2. n. 1966. Et optime quidem; alias non posset peti a locali, & multo magis a Superiore majori licentia pro reservatis.

Quamvis autem omnes DD. dicant esse, si non contra sigillum, saltet peccatum grave, sic loqui de Oppido, Monasterio, &c. licitum est tamen hoc facere ob justam causam, ut ob spirituali utilitatem paenitentis. Sic Sylvius, Exco.b.cit. cum Enriq.

Sed quid, si tales sint circumstantiae rei, personae, temporis, & loci, ut quilibet, cui consilium petatur, possit venire in cognitionem paenitentis?

R. In tali casu, si Confessor non possit taliter proponere causum in generali, ut consulens non possit venire in cognitionem paenitentis, petat licentiam a paenitente pro consilio capiendo: & nota, quod in tali casu consulens tenetur ad sigillum (de quo Confessor ex Dian. debet illum mouere). Dian.p.2.tr.15. ref.14. cum Suar. Laym.lib.5.tr.6.c.14. la Cr. lib.6. p.2. n.1957. cum Lug.Stoz. Dian. & apud la Cr. D.Th. Vasq.Con.Hurt.Laym.Ga-rop. Averl.

16. Quæres 2. An possit Confessarius non audire confessio-nem illius, quem solitus est audire, sed putat esse indispositum, quia non vult tollere occasionem proximam bis, & ter admo-ditus?

R. Tamb. de confes. lib.3. c.3.docet, quod si solus paenitens hoc advertat, & non alii, non tenetur Confessarius accedere ad ipsum audiendum, sicuti ex iam audiens potest non absolvere. Vi-via in de usu scientiae ex confessione acquisitæ §.9. idem docet: & addit, quod si paenitens repellitur ob defectus physicos, quia sci-lacet est morosus, balbutiens, aut scrupulosus, cum ita defectus soleant esse omnibus noti, Confessarius non utitur notitia sacra-mentalii, dum illum repellit, & sic non frangit sigillum. Si ta-men (ait Viva) aliquando accideret, quod ex sola notitia sacra-mentalii cum indebito gravamine repelleretur, procul dubio re-pelli non posset. Sed Anton. a Sp. S. tom.1.de sacram.paenit.tr.5. d.15.ref.6.cum Perez,& la Cr. lib.6.p.2. n.1963. dicit, esse fra-gionem sigilli si Confessor paenitentem nolit audire, quia putat esse indispositum, cum sit solitus audire. Adhuc tamen dicen-dum

dum videatur, quod si in omnibus dictis casibus Confessatio nimis molestum esset illum audire, posset modeste ipsi dicere in confessione ipsa, sive potius statim immediate post absolutionem (si absoluit) antequam paenitens e confessionario surgat: *rogo te, ut ad me amplius non accedas, quia non me video apicum pro tuis confessionibus.* Sed si iterum paenitens accedat, debet ipsum audiare, & potest iterum illi dicere, ut supra modo dicto. Is super in casu dicto de indispositione paenitentis Ant. a Sp. S. cit. cum Perez ait, quod Confessor debet audire quidem paenitentem, sed initio confessionis potest statim eum dimittere, ei dicendo causam cur ita dimitat.

17. Quæros 3. An bona, & virtutes paenitentis cadant sub sigillo sacramentali?

Negative respondent Bonac. tom. 1. de Sacram. paenit. cum Sà, Nav. Enriq.. Dian. past. s. tract. 11. ges. 30. cum Mald. D. Antoni apud Amend. Campioni, & alii. Quia non ideo redditur confessio odiosa. Unde solum adest obligatio sigilli naturalis celandi bona, & virtutes paenitentis ex intentione ipsa paenitentis. Optime tamen faciet Confessor si de his nihil dicat, quia inde spargitur rumor, & fama; & si ad aures paenitentis hoc perveniat, magna in ipso generari potest superbia; & præfertim nihil loquutus debet de visionibus, vel revelationibus ipsi factis; sic enim posset S. Officium suscitare contra paenitentem, & forsan contra seipsum.

18. Tandem bene notant Salin. la Croix, & alii, si Sacrissa petat a Confessario, an debeat communionem preparare pro tali paenitente, qui forte absolutus non fuit, debere Confessarium respondere, quod querat a paenitente.

19. An autem possit dari parvitas materiæ in fractione sigilli? Negandum est si loquamur de revelatione confessiis, si scilicet aliquod veniale revelatur. Viva loc. cit. s. 9. cum com. quia hoc valde homines a confessione retardaret. Quantum verò ad usum scientiæ confessionis cum modicissimo paenitentis gravamine, quamvis speculatively loquendo dari possit, in praxi tamen id est pericolosum, quia facile Confessor posset hallucinari credendo, quod materia hic, & nunc esset levis, cum in se posset esse gravis, & sœpe quod unū parum displicet, alterū est valde grave, & molestum; ideo potius dicendum est cum Viva cit. etiam

in

in usu scientie confessionis cum pœnitentis gravamine tunc dari materiae parvitatem ; quia hoc etiam valde retardaret homines a confessione ; & sic semper in hoc peccati mortaliter.

C. A. P. X.

De prudentia Confessorii.

Tribus praesertim dotatum qualitatibus optabat Confessarium S. Teresia : quod scilicet esset sanctus, doctus, & practicus. Sed si non possent omnes tres dictæ qualitates in ipso inveniri, quod saltē est datus, & practicus omnino volebat. Practicus autem hic idem est ac prudens, quia prudentia circa singularia versatur, & acquiritur experientia, ac eratione, & exemplo Seniorum sapientum, qui cum experientati sunt, supplent, si studiorum, experientiae defectum, ue
Peyr. tom. 2. q. 2. c. 3. §. 6. Sicut ergo sine doctrina, seu scientia non datur in eodem genere prudentia, quia prudentia ex D. P. August. lib. 1. de lib. arb. c. 13. est scientia rerum appetendarum, vel fugiendarum ; ita scientia parvūm inseruit sine prudentia, quia prudentia dicitur, quid hic, & nunc sit faciendum, vel non faciendum in his circumstantiis ; taliter quod ipsamet ceteræ virtutes, nisi ea, quæ appetunt, prudenter agant, virtutes esse nequaquam possent ex D. Greg. 2. mor. c. 25. Prudentia ergo est per maxime Confessario necessaria ; alias quantumvis sit doctus, quantumvis etiam sanctus, si prudentiam non habeat, qua doctrinam, & sanctitatem moderetur, sibi, & pluribus erit occasio scandali, peccatorum, ruinæ corporalis, vel spiritualis, & damnationis æternæ. praesertim circa sacramentalē sigillum, in sibi cavendo circa sollicitationes, & tractatus in honestos cum pœnitentibus, quamvis non forsitan malitiose, in absolvendo pœnitentem consuetudinarium, vel cum occasione proxima existentem, in nimis examinando pœnitentes, & praesertim circa peccata carnalia, in nimis severe reprehendendo aliquas pusillanimes, & fragilis animi, in curando scrupulosos, in dirigendo Animas ad meam perfectionis.

Sed prudentia Confessorii spiritualis, & diuina, non carnalis, & mundana se debet.

2.Duo

2. **Duo in primis Confessarius præ oculis semper habebit.** Unum, ut fortiter, suaviter se gerat cum pœnitentibus. Fortiter id est, omnino exigendo ab ipsis, quod necessarium, vel expediens est pro ipsorum spirituali salute. Suaviter; id est, omni benigniori, & magis charitativo modo ad id inducendo. *In se opportane, impotuisse; argue, obsecra, increpa in omni patientia;* & doctrina. 2. ad Timoth. 4.

Sed præsertim quando pœnitentem aliquem inabsolutum dimittere debet, non cum zelo indiscreto, & verbis aspergis expellat; sed ostendat, quod ipsi hoc displicet; attenuat quod sic facere debet, vel oporeat. Quod si magis dispositus, vel cum licentia pro casu reservato redibit, libenter recipiet. Verum cum pœnitente adultero, iracundo, blasphemante in Deum, & in Sanctos, pauperes opprimente, &c. parum iræ misericordiae debet sanctorum miscere.

3. Alterum est, ne pœnitentibus sit occasio magis illaqueandi eorum conscientias. Hinc notare debet, quod si ex confessione, sive aliunde ab extra cognoscit, quod pœnitens habet ignorantiam vincibilem alicujus peccati mortalis, in quod solet labi, semper debet monere, etiam si non speraret fructus in ipso ex tali admonitione; quia cum pœnitens operetur ex ignorantia vincibili, quæ non excusat a peccato, jam est in malo statu, & peccat mortaliter. Com. sent. Neque Confessarius se excuset, dicendo, quod pœnitens de hoc non se accusat; ideoque ipse non tenetur ad aliud; nam vide h̄ic n. 10. & in cap. 5. n. 6. Si autem pœnitens est in ignorantia invincibili, & non speraret fructus, non debet monere, quia esset laqueum iniicere; ut si moneretur de obligatione restitutionis, & probabiliter videt, vel timet, quod pœnitens monitus non reficiueret; quia si prius excusabatur a peccato ob bonam fidem, deinde admonitus non excusatur a peccato, & peccat. Salm. com. 5. cr. 20. c. 5. p. 3. n. 27. cum D. Aug. Sanch. & aliis. Busemb. lib. 6. cr. 4. c. 2. dub. 5., & t̄t̄ com. doctrina. Bene Carden., & Wigant excipiunt res venereas, in quibus raro, aut nunquam licebit permettere ignorantiam invincibilem, quia in his abyssus abyssum invocat. Et idem dicere ordinarie circa libros prohibitos, quia hæc materia etiam est valde iubrica.

4. Sed quomodo Confessor poterit cognoscere, an pœnitens laboret ignorantia invincibili, an vero vincibili? In foro pœ-

penitentialis facilis est, quia Confessor potest petere a penitente, an credat, se esse in bono statu, & si ipsa responderet, quod sic potest Confessor credere, quod sit in ignorantia invincibili; sicut etiam si curet intelligere, an penitens habeat in sua conscientia aliquid dubium, vel scrupulum, & respondeat, quod non. Quod tamen caute facere debet Confessarius, & quaslibet intendens, ne penitentem ponat in mala fide, quando non speratur fructus. Et huc docent Bonac. Sanch. Ant. a Sp. &c. & alii. Pro cognitione antea quam Confessor habet extra confessionem, debet considerare qualitates penitentis, & qualitatem peccati, & si in tali penitente circa tale peccatum poslit esse ignorantia invincibilis, vel non. Quod si non certè cognoscat, sed adsit vehementis indicium de ignorantia invincibili, debet se regudare, ut in cap. 5. n. 6. Quod si penitens, qui est in bona fide, & in ignorantia invincibili bene quidem reciperet moritionem, sed remedium est difficillimum, & nascetur lites, scandala, infamiae, & alia inconvenientia, ut in separatione conjugum ob nullitatem matrimonii, Confessor tacere debet, & dissimilares, ne conscientias illaqueat, & ne tot mala sequantur. Bonac. de Matrim. q. 3. p. ult. pcc. eccl. cum Fili. Regin. Salm. com. 1. de sacram. poen. tr. 6. c. 12. p. 3. n. 34; cum aliis. Castrop. com. 4. cc. 2. 3. d. 4. n. p. 18. cum Covat. Suar. Vasq. Com. Layet.

5. Dicunt tamen DD., quod si adsit praefudicium boni communis debet fieri impunitio ei, qui laborat ignorantia invincibili, etiamsi non speratur fructus, quia bonum commune praevaleat bono particulari penitentis. Et de bono communi Sanch. cum Enriq. ponit exemplum, si Parochus habet invincibilem errorum in fide, vel in oribus cuius detimento Populi: Bonac. si Populus scit impedimentum matrimonii, & inde scandalum sumit: Tamb., si restitutio facienda est ob bonum publicum, ut possit esse ob legata fundanda, & distribuenda singulis annis pauperibus pueris nubendis, vel ob publicum hospitale, &c. Ratio autem dictar doctrinam poterit esse, ut colligo ex Wigant., & Macbethuc., quia penitens tot gravibus malis perterritus scrupulis angetur, & forsitan emendabitur.

Sed contra tradidit communem doctrinam quas te (bene dicit Tamb.) si prævideret penitentem non restituturum, ad quid obligaberis admonere cum penitentis damna, & sine spe pro bono communi?

Huic

Hunc difficultati Viva a me consultus respondit, ceterum id est, quod si suppono, adhuc pœnitentem non restituendum, non debet monere etiam cum damno boni communis: sed non debeo tam facilè supponere, quod pœnitens non reflectet quando tot gravia mala intelliget, quæ contra bonum communem sequuntur.

6. Quæres. An sicuti Confessor potest dissimilare veritatem, & tacere in cassibus dictis, possit etiam pœnitenti consilere, vel respondere in favorem factæ invincibilis ignorancie?

R. In casu ignorantiae invincibilis, & quando non speratus fructus, ut n.3. dictum fuit, Confessor potest consulere omnem actionem, quam pœnitens posse ignorantia invincibili, omittere non potest sine peccato, non autem actionem, quam libere potest omittere. Castrop. tom. 4. tr. 23. disp. un. p. 18. & consensio Sanch. & Laym. Ratio est, quia in illis actionibus, quas possunt omittere nisi potest sine peccato, nulla malitia nec etiam materialis adest, cum non adsit libertas actus materialis vitandi; quia illas actiones omitterendo peccaret: non sic autem in aliis actionibus. Igitur potest Confessor, & debet consulere, ut conjux, qui nullitatem matrimonii invincibiliter agnoscat, debitum reddat, quia redditionem debiti, posita ignorantia invincibili nullitatis matrimonii, omittens, seu negat, nequit esse peccato. Non potest autem consulere, ut quis cum ignorantia invincibili nullitatis matrimonium contrahat, neque quod postea debitum petat, neque quod possidens bona fide rem alienam non restituat, quia adhuc, stante ignorantia invincibili libere potest ille matrimonium non contrahere, posse debitum non petere, & rem alienam restituere. Hæc Castrop.

7. Sic etiam simili modo resolvit alium casum Bonac. tom. 2. de impedim. matrim. q. 3. p. ult. ubi querit, an in casu, quo coniux invincibiliter ignorat impedimentum dirimus matrimonium, possit ipsum Confessor absolvere, quando ille ita est affectus, ut nolit reddere debitum ob iram, vel altam causam injustam, & non sperat fructum admoendando de invaliditate matrimonii? Et respondet, non posse absolvere, quia pœnitens est in statu peccati mortalis, cum credat, se injuste denegare debitum. An autem Confessor in dicto casu possit praincipere, vel monere, ut reddat, Bonac. cit. cum Sot. respondet, non posse; tum quia Confessor mentiretur dicendo pœnitenti, illam, cui ipse non vult reddere debitum, esse suam uxorem; tum quia incitaret

taret ad malum, scilicet ad copulam sine legitimo matrimonio unde solùm in tali casu, ait Bon., potest Confessor monere pénitentem, ut firmiter proponat non offendere Deum in ullo casu aut poterit dicere in genere, conjuges teneri debitum reddere. Quod possit obligare pénitentem ut reddat, quia tenetur obligare ad peccatum materiale, quando aliter evitari non potest ferme, & quod actio illa sit in tali casu omnino licita, tenet la Croix lib. 6. p. 3. n. 545. cum Sanch. Con. Fill. Gob. aliisque multis. Ant. a Sp. S. loco mox citando cum Perez, Sanch. ; & aliis debet negare absolutionem. Ant. a Sp. S. cit. cum Dicast.

8. Si autem Confessor dubitat, an monitio sit profutura, vel non, in dicto casu ignorantie invincibilis, ut n. 3., dicendum, quod si tantum timet, an sit profutura, vel non, & non adeo timor de aliquo damno, scilicet de alio peccato, vel de majori oblatione in peccato, debet monere, quia sic postulat charitas, Et officium Magistri. Salm. cit. n. 28. cum Lug. Fill. Granado. Si dubitat, an sit profutura, vel damnum allatura, attendi debet utilitas, & damnum, gradus timoris damni, & gradus spei de emendatione, & omnibus perpensis illud eligi debet, quod præponderare videtur, non una metaphysica, sed morali prudentia procedendo, anteponendo semper bonum publicum privato. Salm. cit. Ant. a Sp. S. tom. 1. de Sacram. pénit. tr. g. d. 18. sect. 3. cum Perez, Lug. Dicast. La Cr. lib. 6. p. 2. n. 1759. cum com. Quod si omnibus consideratis omnia adhuc apparent æqualia, & dubium permaneat æquilater de profetu, & de damno, Confessor non debet monere. Salm. cit. cum Bon. . Ant. a Sp. S. tom. 2. de charit. tr. 2. d. 2. sect. 18. Quod præsentim valet in articulo mortis ; tunc enim nisi vere sit certa spes de fructu monitionis facienda ob justam, & non levis momenti causam, puto omnino omittebam esse monitionem pénitentis, qui ex ignorantia invincibili a mortali excusat; nam si tunc pénitus in mala fide monitetur, damnatur ; in vita autem plures faciet confessiones, & si ex monitione sit pejor, forsitan deinde emendabitur. Et sic intelligi debet doctrina supra tradita, quando timetur, an monitio sic profutura, vel damnum allatura; in vita scilicet, non in morte. Neque enim in ipsa morte omnes bene monitionem recipiunt; nam plurimi non credunt mori, vel non tam cito; & plurimi in variis angustias, & in desperationem incidere possent.

9. Si pénitens ipse dubitat, & petit de peccato, debet Confessor

ffessor semper dicere veritatem (prudenter tamen, & quantum sufficit ad respondendum suæ interrogationi, & non amplius, ne periculum sit illaqueandi conscientiam, ut bene ait la Cr.), quia tacere esset errorem approbare. Cosm. Ient. At si non ex dubio, sed ex scrupulo queritur, quod possit Confessor tacere, vel dicere, quod deponat scrupulum, docet Sanch. lib. 2. de matr. d. 38. n. 14. cum Cord. Enriq.. Ant. a Sp. S. cit. cum Perez, quia scrupulus non tollit bonam fidem, sicuti & ignorantia invincibilis. Negant Salm. tom. 1. de Sacram. poen. tr. 6. c. 12. p. 3. n. 36. cum Sot. Angles, Ledesm. Lop. Lug. Leand. : & Euphrates de prudentia Confessarii, quia tacere, vel dicere, quod scrupulum deponat, esset error & approbare. Posset tamen Confessor in hoc casu fingere, se non audivisse, non attendisse, oblitum fuisse respondere, aut dicere, opus non esse ipsum scire hoc. Euphrat. cit. Leand. Lug. : & Tanner. Dicast. Stoz apud la Croix cit. dicentem, in re consentire Avers. Lug. Sanch. Att. Ad hanc dissimulationem Euphrates dicit, Confessarium teneri ex charitate, si potest sine suo gravi incommodo, ut certe potest. Dicta autem valent, siue veritas esset paenitenti, siue alteri gravius obscura; si enim veritas dicetur, esset illi gladium dare, quo se, vel alium saltem gravius in Anima sauciaret, ut ait la Croix.

10. Quando Confessarii Principum, Praelatorum, aliorumque Magnatum sciunt, ipsos non satisfacere suo officio, V. G. circa collationem beneficiorum, electionem Ministerorum, subditorum gubernationem, vel circa eleemosynas ex bonis ecclesiasticis faciendas, &c. regulariter tenetur Confessarius monere paenitentem de sua obligatione; alias si absolvit suis humeris peccata illius imponit, & cæcus cæcum dicens ambo in foveam inferni cadunt. Ratio est, quia in talibus raro est ignorantia invincibilis: raro item accidit, ut talia peccata non afferant secum scandala in subditis existimantibus illa licere, vel certe non afferant damnum commune. Si formidat ergo potestis faciem, non assumat Confessarii officium. Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 2. dub. 5. Salm. loc. cit. n. 40. cum Lug. Busemb. Dicast. addentes cum Lug., quod si Confessor hæc certe non scit, sed prudens dubium habet, querat de his a paenitente, & modeste moneat.

11. Quando occurrit casus difficilis cognitionis, semper ac est casus mere præteritus, & nullo modo pendens in futurum, suffi-

sufficit, quod Confessor totam materialm peccati audiat; neque discernere, an sit veniale, vel mortale, quia non conatur Confessor, auditio quolibet peccato in particulari judicare, an sit mortale, vel veniale; neque postea est obligatio confitendi iterum peccatum. Bonac. tom. 1. de sacram. pœnit. d. 5. q. 7. p. 4. cum Sifat. Nav. Vasq. etiam si postea cognoscatur, quod fuerit mortale. Salm. tom. 1. de factam. pœn. tr. 6. c. 12. p. 1. cum Suar. Sanch. Coninc. Nuñ. Dicast. Dian. Bonac. Immo in casibus minus frequentibus neque est necesse judicare, an sint peccata, vel non. Leand. cum multis apud Fel. Pot. fol. 391.

12. Si autem peccatum pendet aliquo modo in futurum, ut si dubium sit de obligatione restitutionis, potest Confessor absolvere; si pœnitens promittat, se facturum quod judicatum fuerit; quia sic est sufficienter dispositus. Bon. cit. cum Nav. Sylv. Enriq. Angel. Con. Suar. & alii. Et dicat pœnitenti, quod redeat ad ipsum Confessarium, vel ad alium, ut de casu studeat, vel etiam ad virum doctum. Si pœnitens est probus, & doctus, potest Confessor stare consilio pœnitentis, vel ipsi imponere, quod de casu studeat; immo etiam perito mercatori potest credere, quod taliis contractus non sit injustus. Hæc docent Fel. Pot. cit. Salm. eit. Tamb. de expedita confessione, & alii.

13. Si Confessarius ex confessione advertat, pœnitentem habere notitiam peccati alieni, ut si sciat, quod aliquis alios seducit a Fide catholica, & ipse pœnitens possit sine suo gravi incommmodo manifestare rem illis, ad quos spectat corrigere, vel impedire, debet monere pœnitentem, quod absolvi non potest, nisi manifestet; quia tunc charitas graviter obligat. La Croix lib. 6. p. 2. n. 1761. qui n. 1144. dicit, omnes cum Lugo in hoc convenire. Ex quibus patet, quod sic etiam facere debet Confessor, quando audit ex confessione, periculum esse violationis pueræ, occisionis alicujus innocentis, proditionis Civilitatis, &c. vel quod in aliqua domo, vel Monasterio per fenestram, vel per alium locum plura accidunt peccata, scandala, &c. Sic etiam de Lugo de Sacram. pœnit. fol. 39. docet, quod si foemina sollicitata ab amico mariti sit in proximo periculo consentiendi, quia est in eadem domo, nec potest marito revelare, quia occidet illum, & est spes emendationis, si Confessor alloquatur adulterum, potest Confessor obligare illam, ut sibi talen licentiam det, & aliis non debet

debet absolvere, quia non est bene ad absolutionem disposita.

14. Non debet ordinarie loquendo Confessor assumere in se onus corrigendi, vel denunciandi aliquem de licentia pœnitentis, quia confessio posset fieri odiosa, & multa scandalorum ori possent. Dian. p. 3. tr. 2. ref. 42. cum Nuñ., & Thomistis communiter. De Lug. de Sacram. pœnit. d. 16. sect. 8. n. 432. Excob. in summa cum Gordon. Tamb. lib. de exped. conf. c. 9. §. 4. cum aliis. Bassæus tom. 2. v. Sigillum, quia it, quod licet pœnitens teneatur etiam per tertiam personam manifestare, non facile Confessor tale onus in se debet assumere, quia inde suspicione contra sigillum apud infirmos, & ignorantes gigni possunt; unde & confessio redditur odiosa saltem aliis; & calumniis, ac detractionibus exponitur Confessor; & quisque posset mendaciis apud Confessarium alteri calumniari. Et Viva super prop. 7. Alexand. VII. habet: *Quod attinet ad Confessarium: Universum non tenetur is subire onera pœnitentis, nisi forte charitas aliquando aliud exigat, quando scilicet bonum publicum periclitatur, nec aliter possit remedium adhiberi.* Ratio est, quia, ut notat Sanch. lib. 2. c. 13. n. 14. onus adeundi Superiorem non est gravamen Confessario impositum, sed pœnitenti; unde si non possit pœnitens adire Superiorem, non easenras obligabitur Confessarius, quantumvis eo velit pœnitens uti. Imma ex Tamb. lib. de conf. c. 9. §. 4. optimam causam est, quod Confessarius a subeundis oneribus pœnitentis omnino abstineat, sive pœnitens obligatur ad correctionem fraternalm proximi, sive ad restitutionem pecuniarum, vel famæ, sive ad denuncian- dum, sive ad cungugiendum ad Superiorem, ut a reservatis, vel a censuris absolvatur.

Hic nota, quod si pœnitens non ex se, sed ad petitionem Confessarii dat licentiam loquendi, ordinarie hæc datur obmetum reverentiale; adeoque est invalida. La Cr. loc. cit. n. 1958. & Tamb. de exped. confels. lib. 3. c. 3. n. 50. vel saltem cum periculo invaliditatis. Dian. Stoz, Averl. Mend. apud La Croix cit.. Et quamvis pœnitens dicat, se libenter eam dare, saepè tamen in animo refugit; & sic Sacramentum sit odiosum. Stoz. Et Viva in de usu scientia ex confel. acquisitæ §. 9. dicit, quod licentia corrigendi non est de facili petenda, quando pœnitens non tenetur dare, & regre fert, quod petatur, quia hæc ipsa scientia petitio, ut adverbit cum Sanch, redderet odiosam confessionem.

15. Ali-

15. Aliquando tamen & poenitens tenetur dare Confessario sicutiam corrigiendi, vel denunciandi, & Confessor debet ad id obligare ipsum cessante gravi incommodo; alias non debet absolvere, cum nolit suæ obligationi satisfacere. Talis est casus, si Confessarius videt ex occultatione complicis, vel alterius gravissima damna imminere, & talia sunt, ut ad illa impedienda poenitens omnino teneatur, vel per se, vel per alium, & neutrum possit apte exequi, sed solum potest per Confessarium. De Lug. cit. Suar. p. 3. tom. 4. disp. 34. sect. 4. Bassæus tom. 2. v. Sigillum. Soc. Leand. Bæthes, Dian. Lug. Averl. Mend., & alii apud la Cr. loc. cit. n. 1752. Dian. p. 6. tr. 7. ref. 2. Viva super prop. 7. Alex. VII. Et dicta valent non solum de gravi damno communi, sed etiam personæ particularis, ut expresse docet Suar. & Lug. cit., quia ubique est gravis obligatio charitatis.

Hinc Lug. loc. cit. habet: *Hic casus facilis occurtere potest Praelato Regulari, qui si ex confessione subditè sciret, latere in domo, vel in Convento Religiosum notabiliter persicuosum, quæ suis pessimis moribus corrampit alios, & inficere potest brevi tempore majorem partem cum maximo damno communis; & aliunde videt, illam emendandum non esse secreta correctione ipsius poenitentis, vel alterius; nec posse impediri commune datum, nisi auferendo de medio per mutationem, vel expulsioneum illum incorrigibilem, potest persistentem admonere de sua obligatione, si ille absque gravissimo suo detrimendo potest. Quod si poenitens nolit, non debet Praelatus confaris, vel præcepto obedientiae cum oblige, quia notitiam illam non accepit, ut Praelatus, sed ut Confessor, & in foro sacramentali, in quo solum debet negare absolutionem ab defectu dispositionis debitæ. Et idem potest, & debet cum proportione facere alias Confessor, cui Religiosus ille confiteratur; nam debet illum obligare, ut per se, vel per alium adest Praelatum, & des illi notitiam complicis quantum sufficit ad impediendum commune damnum. Hæc Lug.*

16. Raridam tamen tenebitur Confessor ad suscipiendam in se talem obligationem, & tunc solum, ut docet Lug., & Suar., quando moraliter est necessaria opera Confessarii, fine sui gravi incommodo, ut supra.

17. Si poenitens velit per se, vel per alium a Confessario manifestare crimen, vel corrigeri, non potest Confessor hoc agere

pare, nisi constet, quod nec pœnitens, nec alius sit persona apta ad id faciendum (quem esse casum metaphysicum ajuat plures DD.), & ita fere omnes DD. cit. Si tamen Confessor prudenter dubitet, pœnitentem non satisfactorum suæ obligationi, differat *absolutionem usque dum adimpléat.* DD. cit. apud la Cr. & Dia. na citatus.

18. Sciat tamen Superior, non posse hac via ipsum procedere, nisi ad primum gradum correctionis evangelicæ, scilicet inter se, & ipsum solum. Bassæus cit. cum Enriq. & Fag. Et quod possit etiam extendi ad faciendam correctionem paternam, dummodo pœnitens pro ipsa det expressam licentiam, concedit Suar. loco cit.; ex qua tamen notitia, & licentia non potest Superior inquirere; vel aliud facere contra Subditum, sed solùm consilio, & opera illum juvare, auferendo occultissime occasiones, & sine timore suspicionis apud alios; quamvis Superior non debeat facilè credere talia nuncianti, sed illam notitiam accipere ad investigandum de veritate; & post operetur. Suar. loco cit., qui addit hac via nunquam posse procedi ad denunciationem judicialem, quia hæc est pro foro publico, & longè diversa rationis a foro Sacramenti pœnitentie. Quando ego tale est negotium, ut pœnitens teneatur denunciare judicialiter, ut si adsit periculum damni communis, vel damni de vita alicujus, cogendus est, ut per se ipsum faciat, non per Confessorem. Suar. & si per seipsum non potest, si urgeat necessitas boni communis, ut in hæresi, debet extra confessionem alteri committere, ut ad Judicem deferat eo modo, quo possit, ut ipse in officio invigilet, inquirat, &c. Suar. cit.

19. In his casibus, quando Confessor ipse debet aliqua corriger, vel manifestare, valde melius, & commodius est, ut extra confessionem sibi a pœnitente hæc dici procuret, quia sic etiam liberius loqui poterit, & operari. Suar. la Cr. Lug.

20. Quæres 1. Quid faciet Confessor, quando erravit circa suum officium?

R. Si non absolvit a censura, quia adhuc Sacramentum est validum, ut fert communior, & probabilior opinio, sufficit, quod ab illa absolvat pœnitentem etiam absentem; & si facultatem non habet, petat a Superiori. Busemb. lib.6. tr.4. c.2. dub. 5. cum Suar. Bonac. Fill. Regin. Nav. Rodriq. Bonac.

tom. I. de sacr. poenit. disp. 5. q. 7. sect. 5. p. 5. cum Suar. Nav. Vasq.; Coninc. Fill. & aliis. Salm. Coninc. & aliis.

21. Si per inadvertentiam non absolvit a peccatis, &c. dubitat, an absolverit, potest (sub conditione in casu dubii) absolvere, si poenitens est praesens, licet sit aliquantum remissus, quia adhuc supponitur dispositus. Fenech de ministro sacram. poenit. cum Bonac. Regin. Sylv. & aliis. Bonac. cit. 5. 4. cum Regin. Suar. Coninc. Fill. Et Spor. lib. 2. a n. 61 5., qui dicit poenitentem posse absolviri, si post confessionem recedendo, per non multos passus est intra conspectum; vel sensum aliquem Confessarii, quia sic est moraliter praesens. Et etiam, ita dicit la Cr. cit., qui n. 1775. dicit, quod probabilitas potes post aliquot horas absolvere in die lo casu poenitentem tibi occurrentem, et si non ipsum moneas, nisi timeas, quod in novum mortale sit lapsus.

Hic nota, quod qui post absolutionem statim reconciliatur, non tenetur novum elicere dolorem, quia est moraliter certum, quod dolor non sit retractatus, & ad ea moralis conjunctio cum forma; quod probabile dicit Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 1. dub. 2. n. 14. cum de Lug., & Dian.; sed certum videtur ex praxi Confessariorum, ait Viva super primam prop. damn. Innoc. XI. cum Lug. Dian. Ita etiam tenet Spor. cum com. Et la Croix lib. 6. p. 2. n. 707. speculative probabilitus dicit. Sed n. 712. hanc sent. practicari non posse ait ob prop. 1. Innoc. XI., quia non est certa, & agitur de valore Sacramenti. At iterum n. 713. habet: *Si idem dolor physice perseveret saltet tenuiter, quamvis imperceptibiliter, & ordinetur ad novam absolutionem, certò sufficiet. Sic autem communiter contingit, si quis statim post absolutionem addat peccatum, quod fuerat oblitus; dolor enim saltet virginalis communiter adhuc existit cum confessione, & continuatur usque ad absolutionem secundam.*

22. Si dicta n. 21. non possunt practicari ob distantiam loci, vel longi temporis, tunc si Confessor ob inadvertentiam non dedit absolutionem a peccatis, vel sine facultate absolvit a reservatis, & semper quod Sacramentum fuit nullum, tenetur, si sine gravi danno proprio, vel alieno, & sine scandalo fieri possit, curare, ut sibi iterum poenitens confiteatur peccata commissa post illam confessionem sibi factam, & ut doleat, ac se accuset in generali.

dere de peccatis in priori confessione dictis , si Confessor sit memor status pœnitentis , ut ait Bonac. , & la Croix sive , ut ajunt Salm. , si de illis habeat saltem confusam memoriam , vel aliâs , si necesse sit , illa peccata pœnitens quantum potest confiteatur : (sed vide etiam cap. 7. de confess. gener. a n. 2.) & Confessor absolvire debet , vel saltem monere pœnitentem de tali defectu , ut iterum confiteatur . Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 2. dub. 5. Bonac. loc. cit. cum Suar. Con. Fill. & aliis . Salm. tom. 1. de sacr. pœn. tr. 6. c. 12. p. 4. cum Suar. Fill. Lug. , & aliis : qui Salm. addunt , quod si defec-
tus fuit etiam ex parte pœnitentis , quia scilicet ob ejus indispo-
sitionem Sacramentum fuit nullum , debet Confessor , petita li-
centia (si loquatur extra confessionem) , monere de tali defectu .

a 23. An autem Confessor teneatur monere de defectu circa valorem Sacraementi , si timeat grave damnum , vel scandala-
lum , negant , et si culpabiliter Confessor erraverit , Bon. Salm.
loc. cit. cum Suar. Vasq. Hurt. Fill. Avers. Dicast. La Croix lib. 6.
p. 2. n. 1785. cum Suar. Vasq. Lugo ; quia sicuti pœnitens non te-
netur cum suo notabili damno , aut periculo confiteri illa pec-
cata , si esset monitus , ita neque Confessor tenetur monere cum
gravi damno suo , vel alieno ; eo maxime , quia pœnitens pone-
tur in gratia per aliam confessionem , quam supponitur facturus .
Quod si pœnitens non supponatur facturus aliam confessionem ,
vel quod alio modo se ponet in gratia , Confessor etiam si in culpa-
biliter erraverit , tenetur cum suo gravi damno monere , quia
censetur pœnitens esse in extrema necessitate salutis spiritualis .
Bonac. cit. cum Suar. Fill. & aliis . Salm. cit. cum DD. cit. La Croix
lib. 6. p. 2. n. 1774.

a 24. Si erravit Confessor sine nullitate Sacramenti , & sine
damno pœnitentis , vel tertii , ut non interrogando sufficienter
de aumero , specie , vel aliis circumstantiis peccatorum , regula-
xiter ad nihil tenetur , et si culpabiliter erravit , si tamen nega-
tive , aut pure omisive se habuit ; monere enim extra confessio-
nem non debet , cum sit finitum iudicium . Busemb. loc. cit. Dian.
p. 2. tr. 15. ref. 7. cum Fill. Nuñ. & Regin.. Euphrates de prudentia
Confessarii . Salm. tom. 1. de sacr. pœn. tr. 6. c. 12. p. 4. cum Suar.
Nuñ. Fill. Dian. Regin. Avers. Granad. Lug. & Dicast. Tum quia
monere pœnitentem etiam cum sua licentia molestum est pœni-
tent , & Confessario , ut notant Salm. cum pluribus aliis . Quod

si de tali defectu recorderis dum post absolutionem adhuc pœnitens est in confessionali , potes non petita licentia monere , & supplere deficitum , quia cum hoc fiat in continenti , censetur iudicium adhuc durare . La Cr.lib.6.p.2.n.1980. cum Præp. Eriq. Tann. Dicast. Tamb. Avers. Lug. Stoz, Ills. : & ex alia parte tunc non est hoc tam moleustum Confessario , & pœnitenti .

25. Si Confessor positive influxit , dicendo v. g. non tenet confiteri numerum , speciem , &c. sive formaliter dixerit , sive virtualiter , ita scilicet omittendo interrogationes hinc , & nunc , ut pœnitens ab ejus silentio moveatur ad illa non confitenda in posterum , debet monere pœnitentem , sive culpabiliter , sive inculpabiliter hoc fecerit , ut retrahat suum influxum , si potest sine gravi incommodo (alias non tenetur , sicuti pœnitens non tenetur integre confiteri cum gravi incommodo) , quia esset causa , quod pœnitens præceptum grave violaret . Salm. loc. cit. cum Ant.a Sp.S. Lug.Dicast.. Busemb.loc.cit. Per Salm. cit. valde minor causa excusat si Confessor in hoc non peccavit gravitor , vel si inculpabiliter erravit .

26. Si redeat ad confessionem idem pœnitens , debet moneri de defectibus commissis , ut integre confiteatur , quis tunc non adest rubor , & incommodum Confessarii , & pœnitentis . Busemb. Salm. cum Gabriel. & Dicast.. Tamb., & la Croix . Idem dic in sequentibus casibus .

Quando Confessor , etiam culpabiliter errans , excusat a monendo ob grave incommodum , raro tenetur monere , quia raro potest monere sine gravi incommodo ; nam laeditur non passim fama Confessarii , timetur scandalum , & turbatio pœnitentis , & saltem est rubor in Confessario . Euphrat. cit. cum Fabr. & Leand. . Tamb.de confes.lib.3.c.8.Avers.& Burgh. apud la Croix lib.6.p.2.n.1785. Est etiam grave incommodum pro Confessario , si sequatur gravis offensio pœnitentis , ut præter DD. cit.docet la Cr.loc.cit.cum Con. Bon.Spor.

27. Si confessor neglexit monere de restitutione , si bona fide , & absque ulla culpa theologica , scilicet absque peccato , ad nihil tenetur . Euphrat.cit.cum Tamb.Fill.& aliis gravibus DD. Si mala fide non monuit , tenetur quidem monere ex charitate , petita licentia , sed absque gravi incommodo , & absque onere restitutionis , si non moneat , vel si damnum non possit amplius a pœni-

pœnitente reparari. Tamb. , & alii apud Euphrat. cit. Dian. p.2.
tr.16.ref.1.cum Bonac.& pluribus aliis. Bonac.de rest. disp.1.q.2.
p.11.La Croix cum communiori, & probabilitori lib.6.p.2. num.
1781.Horum DD.ratio est , quia Confessor , etiamsi fuerit Pare-
chus , non tenetur ex officio , vel stipendio prospicere bono tem-
porali creditoris , sed solum ex Religione bono spirituali pœnia
tentis. Attamen si malitiosa ideo tacuerit , ne pœnitens obliga-
tionem suam sciret , & restitueret , tenetur restituere , si pœnitens
non restituat , quia in hoc casu alter habebat ius , ne per talem
dolum fraudaretur.La Cr.loc.cit.cum Gabr.Sylv.Mol.Laym.Nav.
Moya , & aliis multis .

38. Quod si cum gravi culpa dixit , eum non teneri ad re-
stitutionem , cum teneretur (idem est , si dixit teneri restituere
Petro , cum deberet restituere Paulo , quia Paulus patitur inju-
stum damnum ; vel si dixit pœnitenti , quod teneretur ad resti-
tutionem , & non teneretur , quia esset in damnum pœnitentis)
tenetur , petita licentia , monere , cum sui incommodo etiam
gravi , proportionato tamen ad damnum , cum onere restituendi ,
si non moneat , vel si damnum amplius reparari non possit ex
impotentia pœnitentis , qui prius poterat , quia sic Confessor est
consulens ; consulens autem damnum tenetur ad restitutionem.
Laym.lib.3.tr.4.c.7.& Busemb. Salm. Bonac. La Croix cum com-
locis respective citatis : quod tamen intellige , si alias pœnitens
restituisset ; nam alioquin Confessor non teneretur restituere.
Salm.cit.cum pluribus DD. Sed si bona fide , vel sine gravi culpa
id dixit , tenetur monere cum aliquo incommodo , non cum gra-
vi , nec cum obligatione restituendi , ut docetur in tr. de restit.
quia tunc Confessor tenetur solum monere ex charitate . Nav.
Cajet.Sanch.apud la Cr. lib.3. p.2. n. 353. ; qui la Croix opposi-
tum dicit probabilius. Salm.cit.cum Avers.Lug. Dicast. Gabriel.
Ant.a Sp.S. . Laym.cit.cum aliis.

29. Hic nota , quod cum in dictis casibus dicitur , *petita li-
centia loquendi cum pœnitente de re spectante ad suam confessio-
nem* ; si hanc licentiam ipse dare nolit , non potest Confessarius
monere. Dian.p.11.tr.15.ref.12. cum Gran. & aliis communiter.
An autem si pœnitens licentiam dare nolit , & sic Confessor non
possit eum monere de restitutione , Confessarius tenetur ipse re-
stituere in casibus , in quibus alias restituere tenetur , non satis
expli-

explicant DD. Communis tamen sensus ipsorum videtur esse, quod si pœnitens hanc licentiam dare nolit, Confessor ad nihil aliud tenetur, quia fecit quantum potuit: & de facto Dian. p. 3. et. 4. ref. 86. ait: *Quando Confessor commisit aliquem errorem in confessione, quia V. G. absolvit non subditum, vel excommunicatum, vel a casu reservato, vel non injunxit obligationem restitutio- nis, non potest loqui cum pœnitente de supradicto errore, sed petat licentiam ab illo; & si negat, calpa, qua fuerat Con- fessarii, eo ipso in pœnitentem transfertur, & Confessarius liber ab omni obligatione manet.* Vide *Sylviam* in addit. ad 3. p. q. 8. art. 5. v. *Quaritur* 8. & alios communiter. Verum quidem est, quod Dian. non loquitur hic de influxu positivo Confessarii per modum consilii, sed de pura omissione; attamen eadem est ratio de utroque; nam sicut quando Confessor monet, & pœnitens non vult restituere, ad nihil aliud tenetur, ita a pari quando monere non potest, quia pœnitens non vult dare licentiam.

: 30. Nota, quod qui in præteritis confessionibus bona fide usus est sententiis probabilibus, & non tutis circa valorem Sacra menti pœnitentiae, ut de dolore non elicto ante confessio nem, &c. non tenetur iterum confiteri, quia probabiliter tales confessiones, speculative loquendo, sunt valide; in prima autem prop. Innoc. XI. non damnantur sententiae speculativæ pro bables, sed earum praxis de præsenti. Carden. in prop. 1. Innoc. XI.

Ulsus opinionis probabilis, non tutæ, est solùm illicitus circa ea, quæ spectant ad valorem Sacramenti, & sunt materia proxima, forma, intentio, & jurisdictio; non vero quantum ad materiam remotam. Hinc licite utimur opinione probabilis non tuta in non explicando circumstantias aggravantes, quæ non mutant speciem; quia etsi talis opinio re vera esset falsa, non exponitur Sacramentum periculo nullitatis, quia id non spectat ad valorem Sacramenti. Viva in prop. 1. Innoc. XI.

31. A multis scrupulis se, & alios liberabit Confessor si bene intelligat doctrinam de errore communis, & titulo colorato. Iḡt̄ error communis cum titulo colorato, seu putativo quando datur prudens, & communis persuasio pro jurisdictione, vel potestate alicujus ad aliquid faciendum; quamvis coram Deo talis potestas non adsit. Est certa, & communissima sent., quod

Eccle-

Ecclesia, si potest, supplet, vel dispensat, quando cum tali errore
communi adest titulus coloratus, seu putativus. V. Q. quanda
Sacerdoti fuit a legitimo Superiori collatus titulus requisitus ad
assistentium matrimonio, vel ad audiendas confessiones, titulus
scilicet Parochi, vel Confessoris, sed vel nulliter, inquantum
erat incapax ob occultum defectum, & impedimentum irregula-
ritatis; vel postea titulum emisit, inquantum commisit aliquod
delictum, ratione cuius est ipso facto privatus tali dignitate, be-
neficio, vel officio; talis autem incapacitas, aut amissio dignita-
tis, &c. ignoratur, & communiter putant Fideles, quod ipse ve-
rum habeat titulum. In hac benignitate Ecclesia imitata est jus
civile ob bonum communem, & ad vitanda gravia incommoda,
quaes alias sequerentur. Et in dictis casibus matrimonium est va-
lidum, confessio est valida, & idem dic quoad alios actus juris-
dictionis in Episcopo, vel Praelato Regulari; qui alias nulli essent.

32. Si autem adsit impedimentum juris naturalis, vel di-
vini, actus non valet, quia Ecclesia non potest supplere ea, quae
sunt juris naturalis, vel divini. Comin. Hinc si Confessor non
habet intentionem absolveandi, Ecclesia non potest supplere, &
absolutio est nulla.

33. Non requiritur bona fides, aut error in illo, circa quem
actus ponitur, per se loquendo. La Croix tom.2.lib.6.p.1.n.114.
cum Sanch. Bon. Castrop. contra Baldi, Tiraqu. Lop. Avers. & alios:
nec in illo, qui actum ponit, quia jura sic disponunt in errore
communi, non ob errorem hujus, aut illius hominis. La Croix
cit. cum Schild., & comm. Peccat tamen mortaliter qui sic usur-
pat jurisdictionem, quam scit, se non habere, tum quia scit, hoc
esse prohibitum ab Ecclesia, tum quia ipsam quasi invitam co-
git ad sic supplendum. Comm.

34. Qui autem sciens sic confitetur Sacerdoti, qui non habet
verum titulum, nulliter confitetur, quia cum cooperetur pecc-
tato Sacerdotis in actuali confessione peccat mortaliter; & per
consequens confessio est nulla. Quod si bona fide confitetur, con-
fessio valet; nec postea sciens tenetur iterum confitenti, quia
quod semel est validum semper est validum.

35. Si autem cum errore communi non adsit titulus colora-
tus datus a legitimo Superiori, ut si quis habuit titulum Paro-
chi, vel Confessarii a laico, vel a nullo habuit, sed est de se in-
trusus,

eritus, quod gesta per ipsum non valeant, & sic nullum sit matrimonium, & nulla confessio, quia Ecclesia non supplet, docent quamplures DD., quia quando jura de hoc loquuntur, semper faciunt mentionem auctoritatis Superioris. Plurimi autem cum Tamb.apud la Cr.h. i. 5.dicunt, utramque sententiam esse probabilem. Jo: Sanch. Pontius, Schild. aliisque i. 2. cum Dian. apud la Cr.cit. dicunt, adhuc Ecclesiam supplere. Imme Viva in opusc.de Jubil.dicit, hoc esse moraliter certum, quamvis e contra la Cr. cit. velit, quod haec secunda sent. non videatur esse satis tuta in praxi. Ideo concludendum videtur, quod faltem in ratione opinionis probabilis haec secunda sent. sit tuta, quia moraliter certum est, quod Ecclesia supplet jurisdictionem quando adest opinio probabilis, prout probabilis est opinio, quod Ecclesia supplet, licet non adhuc titulus coloratus, tum extrinsece ob multorum DD. sent., tum a pari, quia eadem incommoda sequerentur si Ecclesia non suppleret quando non adest titulus coloratus, que sequuntur quando adest error cum titulo colorato.

36. Quia mulieries post confessionem dubitabit Confessarius, an paenitens habuerit verum dolorem, & sententia illa, quod sufficiat dolor post confessionem elicitus, licet sit valde probabilis, non potest practicari ob primam prop. damn. Innoc. XI. sciendum, quod sufficit pro praxi, si dolor elicitus post confessionem aliquo modo ex dicendis praecedat, si scilicet post dicta peccata dicatur: *de his peccatis doleo, quia Deum offendii*: quia cum dicitur, *de his*, est nova implicita repetitio confessionis: vel si post dicta peccata paenitens doleat, & postea dicat: *de his peccatis me accuso*; aut si post dolorem percutiat pectus; aut si interrogatus dicat, se dolere; aut si post dolorem se humiliet coram Sacerdote, & absolutionem petat, seu expectet; quia talis expectatio est quasi continua confessio. La Cr.lib.6.p.2.n.700. & 701. cum Suar. Dicast. Gob. Spor. . Salm. tom. 1. de sacram. paen. tr. 6. c. 5. p. 1. n. 26: post damnationem Innoc. XI.: qui addunt: *Prudentes Confessariis ad tollendos scrupulos, de dolore dubitantes, curant, ut paenitentes ex corde dicant: de peccatis enarratis doleo, & me accuso.*

37. Quæres i. An liceat Confessario dare elemosynas paenitentibus?

R. An

R. An licet, vel non discurrendum est de pœnitentibus sicut de cæteris, quia non sunt pejoris conditionis, ac alii. An autem expediat illis dare eleemosynam, invenire non potui apud Auct. Sed re consulta cum quibusdam doctissimis viris resolutum fuit sic. Quod Confessarius possit, sicut & cæteris, eleemosynas dare pœnitentibus, non est dubium. Sed cavere debet, ne pœnitentes ob eleemosynam accipiendam taceant gravia peccata, ne sit admiratio, & scandalum circumstantibus, & ne solus (nec sine necessitate) eat ad domum mulieris, cui dat eleemosynam. Sed postea in Scuola di S. Felip. Neri lib. 5. lez. 22. inveni sequentia breviter hic posita. *In vigile Confessor, ne pœnitentes abusantur Sacramento, & ne ad confitendum veniant, ut eleemosynas accipient.* D. Philippus borromæ confessiones audire nolebat, & quando suspicionem in hoc habebat, & sciebat quod essent verè indigentes, pecuniam dare solebat aliis, & procurare, quod illi cum dexteritate illis pœnitentibus succurrerent, & sic non habarent occasionem se simulandi bonos, ut bonum conceptum haberent apud Confessarium. Cessante igitur tali suspicione imitari debemus D. Philippum, qui suis pœnitentibus succurrebat quoad Animam, & quosd corporis, tum pecunia, tum opera aliorum, qui eos in propriis indigentiis juvarent. Sic Schola cit. loquitur ad Confessarios.

Addo, quod P. Viva notæ virtutis, & doctrinæ vir Sacrifice pecuniam conservandam dabat; & quando aliquis pœnitens eleemosynam petebat, ipse quasi nihil habens, dicebat. Vade ad Sacrificium, qui si habet aliquid, tibi dabit.

Quæres 2. Quomodo se geret Confessor, cui dubium supervenit, an debitam jurisdictionem habeat audiendi confessiones?

1. R. Si Confessor dubitet, an simpliciter habeat, & an unquam habuerit talēm jurisdictionem, ministrat illicite, quia Sacramentum exponitur periculo nullitatis. La Croix lib. 6. p. 1. n. 120. cum com. Si scit, se habuisse aliquando jurisdictionem, dubitet autem, an adhuc habeat, facta sufficienti diligentia ad veritatem sciendam, si adhuc veritatem non est assecutus, potest confessiones audire, quia ipse est in certa possessione, quam non tollit merum dubium superveniens. La Cr. cit. cum Sporer.

2. Pro tali dubio etiam potest aliquando juvare doctrina illa, qua docetur, quod, si quis dubitat, sive dubio juris, sive facti,

154 Cap. X. De prudentia Confessarii.

an lata sit contra ipsum , vel an sit ab ipso incursa censura , ex-communicatio scilicet , suspensio , vel interdictum , si facta de- bita diligentia , non potest dubium solvere , non tenetur se ge- rere ut censura ligatum , cessante scandalo. Laym. lib. I. tr. I. c. 5. §. 4. Tamb. com. I. de conscientia dub. cum Sanch. Bon. Merol. Cor- riol. Caram. Laym. qui idem dicunt de qualibet alia pena. Dian. p. 4. tr. 3. ref. 35. & 66. & p. 5. tr. 9. ref. 44. cum Tanner. . La Croix lib. 7. n. 120. cum Sanch. Delb. Castrop. Pelliz. . Lez. tom. 3. v. Du- bia n. 9. cum Sanch. Dian. Cornexo. Salm. com. 2. tr. 10. c. 1. a n. 207. cum D. Th. Covar. Candid. Valent. & pluribus aliis. Non nego tamen cum Salm. & aliis , quod consultissimum , & tutius sit oppositum , cessante scandalo , vel infamia.

3. Potest etiam juvare similis doctrina de irregularitate ; nam in dubio , sive juris , sive facti de irregularitate (excepto dubio facti in irregularitate de homicidio injusto , ex c. ad audientiam , ut quando quis est dubius , an tale homicidium injustum com- miserit) præmissa sufficienter diligentia , ut supra , nemo tenetur se gerere tanquam irregularem : & quidem non in dubio juris , quia irregularitas non debet censeri lata , nisi clare exprimatur in jure. Cap. Is , qui , de sent. excom. in 6. : non in dubio facti , quia possesso stat pro libertate , & immunitate ab ea. Laym. cit. Tamb. cit. cum aliis supra cit. Dian. p. 3. tr. 5. ref. 72. & p. 4. tr. 3. ref. 5. cum Henr. . Busemb. lib. 7. c. 4. dub. 3. cum Bon. Suar. Fill.. Nav. Suar. Coninc. Avila, Salas, Bon. Tamb. Sanch. Laym. Castrop. Dicast. Sperell. Schild. Bardi apud la Cr. lib. 7. n. 450. Lez. tom. 3. v. Dubia n. 8. cum Sanch. . Salm. cit. n. 211. cum Sanch. Suar. Salas.

4. Quod si Confessor fuerit Regularis , & dubitet , vel sciat , se incurrisse privationem officiorum , graduum , &c. adhuc potest confessio nes , tum suorum , tum aliorum , etiam sæcularium au- dire . Satis enim probabile est , per privationem officiorum , gra- duum , &c. venire solum ea munera , quæ habent coniunctam su- perioritatem , non verò alia , quæ superioritatem non habent , ut patet ex Const. Sixt. V. Ad Romanum , ut dicetur in cap. ult. §. 6. n. 17. Et ita Bonac. in Bull. Clem. VIII. de largit. munerum disp. 5. p. 3. cum Sorb. Souf. Sanch. Barth. a S. Faust. Fill., & aliis. Dian. p. 4. tr. 4. ref. 224. cum Fill.. Sanch. Rodriq. Dian. Ant. a Sp. S. Garzia, Palao apud Salm. tom. 4. tr. 15. c. 5. p. 3. n. 192. Fel. Pot. fol. 103. n. 992. cum Don. com. I. p. 2. tr. 15.

CAP.

De absolutione pro infirmo in ipso articulo mortis.

1. **N**edum Confessarii omnes, sed & omnes Sacerdotes debent esse bene instructi pro absolutione danda moribundo, quia sic postulat eorum officium, & multoties paucis verbis absolutionis possent plurimum Animas, jam jam ad Inferos migraturas, quasi a porta Inferi erovere, & ab ardoribus sempernisi liberare. Igitur cum in articulo mortis quilibet Sacerdos, et si non sit ad confessiones approbatus, habeat amplissimam facultatem absolvendi a quibuscumque peccatis, & censuris quantumvis Papae reservatis, etiam in Bulla cœnæ, etiam hæsis, ex Trid. sess. 14. c. 7., in nullo casu, vel censura exceptionem faciente, ut tenet communissima sent., articulus mortis tunc dicitur esse, ut explicat la Cr. lib. 6. p. 2. n. 1559. cum Sylvio, quando mors moraliter certa proxime instat, ut si quis ex morbo, vel ex vulnere ad extrema devenerit, itaut inde credatur infallibiliter moriturus. Periculum autem mortis ex eodem la Cr. cit. cum aliis tuc dicitur esse, quando sub dubio, vel timore probabili expectatur mors, ut in prælio, in morbo, vel itinere periculoso, in longa navigatione maritima, in partu periculoso in illa, quæ aliis vicibus tale periculum est experta, &c. vel etiam in primo partu ex Bonac. & Laym. locis infra citandis.

2. Quod in hoc casu de moribundi absolutione idem sit articulus mortis, ac periculum mortis, & consequenter, quod quicquid potest simplex Sacerdos in absolutione moribundi in articulo mortis, possit & in periculo mortis, docet Bonac. tom. 1. de sacram. pœnit. d. 5. q. 7. p. 1. cum undecim gravibus DD. Laym. lib. 5. tr. 6. c. 12. cum aliis 12. gravibus DD. Busemb. lib 6. tr. 4. c. 2. dub. 3. cum Dian.. La Cr. loc. cit. n. 1561. cum Gl. Adrian. Palud. Sylv. Med. Nuñ. Suar. Vasq. Con. Sanch. Laym. Lug. Avers. ex pluribus juribus: & quia pia Mater Ecclesia non præsumitur velle exponere aliquem probabili periculo damnationis.

3. Cum ergo simplex Sacerdos subito vocatus videt moribundum in articulo mortis jam jam proximè imminentis, qui petit absolvit, vel dat signum doloris peccatorum, in ordine tamen ad Sacramentum pœnitentiaz, faciat ipsum in genere accu-

sare de peccatis , si hoc breve tempus adsit , dicendo: *doleste de tuis peccatis, & te de illis accusas?* Et responso dato voce, vel nuntiu a moribundo, vel dato signo , quod sic , ipsum absolvat. Imm̄o si jam jam exspiraturus videtur , Sacerdos non scrupulizet; sed petita per moribundum absolutione, vel signo dato , ut supra , statim absolvat , & Animam moribundi in tuto ponat. Viva §. 1. de absolpt. morib. impertienda cum com. : maxime quia, ut docet Tamb. lib. 2. confel. c. 10. n. 10. cum aliis; & Viva loc. cit.; ordinarie Sacerdos fere semper absolvere potest saltem sub condicione moribundum , qui christiane vixerit . Sed etiam si non via deatur evidens periculum mortis , si infirmus sentiens, se virtute deficere , magna instantia absolvi petat, credendum est ei, maxime in pericolosa infirmitate , ut experientia docuit , & absolvatur . Et quidem etiam si dubium sit , an moribundus in articulo mortis existens possit habere tempus expectandi Confessorem approbatum , debet simplex Sacerdos absolvere , cum facultas data a Trid. cuicunque Sacerdoti in favorem Animarum sit amplissima pro tali articulo mortis , & non debeat ob tale dubium Anima exponi periculo damnationis . Patet ex Bon. in simili de censuris in com.d.1. q.3. p.3. cum aliis , & ex pluribus aliis DD.

4. Signa autem doloris vel sunt certa , seu talia , ex quibus probabiliter , ac prudenter judicare possit Sacerdos , quod moribundus petat absolvi , & debet absolvere absolute: vel sunt prudenter dubia , ita ut per illa habeatur prudens dubium , quod petat absolvi; & debet absolvi sub conditione. Viva cit. cum com. Ulbi nota, quod licet signa h̄ec dubia possint oriri ex dolore peccatorum pro absolutione habenda ; & ex naturali angustia mortis , in illo tamen mortis articulo , si prudens ratio dubitandi adest, quod sint ex intentione confessionis data , pr̄sumi debet, quod sint data pro confessione ; & sic sub conditione absolutio dari debet , quia de quovis Fideli in eo statu id presumendum est. Balsimb. loc. cit. c. 1. dub. 3. art. 2. Tamb. lib. 2. confel. c. 10. cum Suar. Vasq. & aliis. Peyr. tom. 3. lit. A. c. 6. n. 7. cum Dian. La Cr. loc. cit. n. 1160. cum Moya , Bosco, Excof. . Salm. citandi cum Dian. Dicast. Gabriel. Leandr.

5. Signa prudenter dubia ex la Cr. cit. sunt , si moribundus tundat pectus , si oculos ad Cœlum elevet , aliquam sacram iman-

ginem

ginem devote respiciat, &c. Et sufficere ad prudenter in hoc casu dubitandum quamlibet tenuem probabilitatem de petitione absolutionis, docet Viva cit.

Quod si sit dubium imprudens de petitione absolutionis, neque sub conditione debere absolutionem dari, docet Viva cit.

6. Sed quid faciet Sacerdos, si accedens ad moribundum inventiat illum sensibus destitutum, itaut nullum ipsi dare possit signum pro confessione? Et dicendum quod si moribundus, absent Sacerdote, petierit Confessarium, vel dederit signa doloris, Sacerdos deinde praefens factus potest ipsum absolvere, & per consequens debet, si astantes coram infirmo testentur per seipso immatriculati Sacerdoti, quod moribundus petierit Confessarium, vel dederit signa paenitentiae. Viva loc. cit. cum com. La Cr. loc. cit. n. 1156. cum com. Apud quos videbis, non obstatare huic assertioni decr. Clem. VIII. prohibentis, & damnantis, licere per literas, seu internuncium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri. Et ab eodem absente absolutionem obtinere: ut ipsem Clem. VIII. voce declaravit; nam in dicto casu confessio moribundi per astantes id afferentes sit aliquo modo in praesentia Sacerdotis. Et licet la Cr. cit. & quidam alii dicant, in hoc casu dari debere absolutionem sub conditione, quod tamen sit absolute danda, docet Viva cit. & colligit ex Conc. Arausic. i. can. 11. & ex Rit. Rom. de Sacram. paenit. §. penult., ubi dicitur: *Si desideriarum paenitentiae sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est:* Et ita expresse Tamb. cit. cum Coninc. Præp. Lug.: & talis implicite est sensus innumerabilium DD. Docet tamen Viva cit., quod si non possit aliquando prudenter judicari ex testimonibus, quod infirmus manifestaverit desiderium absolutionis, sed potest de hoc ex dictis testimoniis dictorum prudenter dubitari, debet dari absolutio sub conditione.

7. Sufficit si unus testis per seipsum dicta testetur Sacerdotti coram infirmo; quia quando non agitur de prajudicio tertii, creditur uni testi. Salm. com. i. de Sacram. paenit. tr. 6. c. 8. p. 6. cum Dian. Dicast. S. Raym. Graff. Regin. Lug. & aliis. Busemb. lib. 6. tr. 4. c. 1. art. 2. La Cr. lib. 6. p. 2. n. 1157. cum com.; & addit, fere omnes cum Gorm. velle, quod sufficiat, si id testetur etiam Infidelis, vel Hæreticus. Et quod etiam in casu de uno teste debeat absolute dari absolutio, docet Tamb. cit. cum Coninc. Præp. Lug.. Peyr. cit.

cit., & talis est sensus innumerabilium DD., licet plures dicantur, absolvit debere sub conditione.

8. Idem dicendum est, si testis hoc dixerit absens a moribundo, ad quem solus Sacerdos accedit, non autem testis. La Cr. loc. cit. n. 1158. cum Moya, & 30. gravibus DD. apud Moya, cum Avers. Ills. Lug. Escob. Gorm. Plat. Goh. Viva cit. eum communiori; quia de materiali se habet, quod id a testibus deponatur Sacerdoti in presentia, aut in absentia infirmi. Absolutionem etiam in hoc casu debere dari absolute, docent Salm. cit. Lug. apud Busemb. cit. Fill. Bon. Fern. apud Dian. p. 3. tr. 3. ref. 7., qui hoc probabile censet. Val. Suar. Fill. Regin. D. Antonin. & alii apud Bonac. tom. 3. d. 2. q. 3. p. 3. Tamb. cit. cum Præp. Coninc. de Lug. Demum & Spor. hic. Sed & la Cr. cit. cum 37. gravissimis DD., & Viva cit. dicunt sub conditione saltem debere dari absolutionem.

9. Idem dicendum est, si dictus testis hoc referens Sacerdoti, non viderit, aut audierit ipse, sed tantum sciat ex relatione alterius, qui vidit, & licet non redeat ad moribundum; quia eadem est ratio. La Cr. loc. cit. n. 1159. cum Dicart. Dian. Herinx, Ills. Escob. Lug. Moya. Salm. cit. cum Lug. Dicart. Leand. Ant. a Sp. S. In quo casu etiam, quod danda sit absolutione sine conditione, est sensus plurimorum DD. cum Salm. loc. cit. : & expresse tecum Tamb. cit. cum Con. Præp. Lug.; ac Busemb., & plures alii dicunt, debere dari saltem sub conditione.

10. Si moribundus nullum signum dederit, si tamen christiane vixerit, vel Sacraenta frequenter avertit, potest sub conditione absolvit; quia christiane vivere, vel Sacraenta frequenter est quedam confessio, & confessionis petitio; & per consequens debet absolvit. Salm. loc. cit. cum pluribus. Viva cit. cum plurimis DD. La Cr. loc. cit. n. 1162. cum pluribus DD.; inter quos Moya hanc sent. nunc vocat com.

Sed hic nota, non esse decesse in hoc casu, quod quis testetur, talem moribundum christiane vixisse; nam in magnis Civitatibus frequenter accident mortes subitanæ plutum (*A subitanæ, & improvisa morte libera nos Domino*), quorum nulla notitia habetur a Sacerdote, vel ab aliis. Sufficit ergo, quod moribundus iste commoreatur V. G. Neapoli; nam sic supponi potest, quod sit Catholicus, & quod christiane vixerit. Sic la Cr. loc. cit. n. 11865. docet, quod milites post conflictum moribundi

di in exercitu catholico, cui permixti sunt Hæretici, rebus absolvuntur sub conditione eo ipso, quod de exercitu catholico sint, licet aliud signum non dent. Quod si moribundus ille in Civitate Catholica commorans cognoscatur esse alicuius Nationis, in qua ex majori parte sunt Hæretici, quam Catholici, probabile etiam esse, quod illi dari possit absolutio sub conditione patet ex la Cr.cit. dicente: *Quod si exercitus ex majori parte sit scabollicus, vel si milites ante noluerint confiteri, Scbild. & Arsfdek. patane vix debere dari absolutionem: sed ex dictis n. 1163. probabile est, dari posse sub conditione illis, qui capaces sunt.*

Ex dictis initio hujus num. sequitur, quod etiam quis male vixerit, sed ritu vero catholico, si subito sensibus sit destitutus, debeat absolves sub conditione, si prudenter dubitari possit, quod interne de peccatis doleat, & absolutionem velit; nam etiam in isto ipsa vita christiana, licet cum mala conscientia ut plurimum juncta, est quedam confessio, & petitio confessionis in his circumstantiis, quia iste est peccator, sed catholicus, qui saltem in Paschate supponatur confessus, quod communionem sumpserit, &c. Gorm. aliique apud la Cr.loc.cit.n.1163., qui & hujus videtur sententia. Tamb.de exped.conf.lib.z.c.10. cum allis. Viva loc.cit. §.11. circa medium cum D.P.Aug.id docente de Catechumenis, qui sensibus destituntur, dum detinent adulterina consortia. Et confirmatur; nam similes Catholici peccatores, quamvis male vivant, semper tamen temere sperant bene confiteri in morte, & salvati. Ergo facile in morte attritionem habere curant, & absolutionem cupiunt: & ex alia parte eorum vita ritu catholico duxa est veluti quedam confessio pro circumstantiis istis.

11. Qui dum actu peccat, V. G. in duello, vel in actu adulterii, subito sensibus destituitur, & nullum potest dare signum confessionis, quod ordinarie sit absolvendus sub conditione docent Gorm.Bona gratia, Tamb. Carden. & Stoz apud la Cr. loc. cit. n.1163., qui & hujus videtur sententia. Item Pontius, & alii apud Viva loc.cit. §.11., qui afferit, si aliquando ex circumstantiis dubitari prudenter possit, quod absolutionem petat, qui dum peccat, morbo repentino opprimitur, dandam illi esse absolutionem sub conditione, alias dari non posse.

12. Addit Tamb. cum Bauc.& Jo: Sanch. sanum consilium esse, si Confessor plures infirmorum absolvat habitis solis signis con-

confessionis toties ; quoties absolvitur . Sed Confessarius debet se regulare ut supra quantum ad absolvendum absolute , vel sub conditione . Et Viva loc . cit . § . ult . cum Lug . , loquendo de moribundo sensibus destituto ait , quod sicuti nequit prima absolutio sub conditione illi dari , nisi prudenter dubitetur , quod confessionem , vel solutionem petierit , ita a fortiori nequit absolutionis sub conditione replicari , nisi prudenter dubitetur , quod iterum posuerit confessionem sensibilem , vel iterum solutionem petierit . Dicit , a fortiori , quia facilius contingit , quod prima absolutio sit simpliciter necessaria ad æternam salutem agroti , quam secunda . Quia tamen contingere facile potest , quod prior absolutio data sub conditione fuerit invalida , eo quod non præcesserint tunc signa paenitentiae , ac deinde post aliquod temporis intervallum moribundus solutionem aliquo signo sensibili petat , quando de hoc potest esse prudens dubium , replicanda est absolutio sub conditione ; semper enim (ait cum Ihs .) ac datur tenuis probabilitas , quod Sacramentum non administretur invalide , & simul datur summa necessitas talis Sacramenti , Sacramentum licite administratur ; quia tunc administratur juxta voluntatem Institutoris . Immo in tali casu tenetur sub gravi Sacerdos illud administrare : ut proinde Sacerdos doctus , & prudentis in hoc laborare debeat , ut advertat , an signa paenitentiae , quæ dantur a moribundo , sint prudentes dubia . Quod si de tali prudenti dubio reflexe dubitet , an scilicet adsic dubium prudentis , in hoc dubio reflexo favendum est saluti æternæ moribundi , & debet dati absolutio sub conditione . Sic Viva .

13. Ex dictis sequitur , quod quia juxta dicta n . 10 . si moribundus nullum signum dederit , si tamen christiane vixerit , vel Sacra menta frequentaverit , potest sub conditione absolviri , ex hoc ipso motivo potest iterum sub conditione absolviri , si tempus vitæ superfluerit , quia motivum illud durat , ut supponitur , & saltem in hoc casu semper dubitari prudenter potest , an valida fuerit prima absolutio .

14. Quæres . An amentibus dari possit in articulo mortis absolutio sacramentalis sub conditione , si sint capaces ?

R. Sicuti amentibus , qui post usum rationis in amentiam inciderunt , aut sunt semifatui , non est deneganda in articulo mortis Eucharistia , si possint illam absque irreverentia sumere ,

ut

de docet Viva loc. cit. s. ult. cum D. Th., ita nec iis deneganda est **absolutio sub conditione ob rationes supra adductas**; præsertim quia, ut testatur Viva, passim Deus hujusmodi amentibus concedere solet in eo articulo aliquod lucis rationis intervallum, ut possint sibi procurare actum doloris, velle, & aliquatenus petere **Sacramenta**. Viva cit. Et la Gr. loc. cit. n. 1871. cum Gob., loquendo de semifatuis, si prudenter judicetur, quod hic, & nunc habeant saltem imperfecte actus ad pœnitentiam requisitos, concedit etiam singulis mensibus. Ilibi advertit, quod ut quis creditur non esse plene fatuus, requiritur judicium prudentium; & si de hoc sit dubium, disponi debet quantum fieri potest, & absolvit sub conditione. Insuper Viva loc. cit. notat, quod ex Conc. Carthagin., & ex Decretali Is qui 26.q.2. apud D. Th. si hujusmodi amentes, ac phrenetici in infirmitate pœnitentiam petierint, & astantes id testentur deinde Sacerdoti, hic debet absolute eos in articulo mortis absolvere, necnon sacram viaticum ipsis dare. Ergo ubi dicit testimonium astantium, sed detur prudens dubium, quod **absolutionem petierint in aliquo lucis rationis intervallo**, poterit iis **absolutio dari sub conditione**, procurando tamen quantum fieri potest, ut ad illam per actus necessarios se disponant. Immo, quod iis danda sit communio, non solùm si **absolutionem per astantes petierint**, ut supra, sed etiam in casu supra posito, dummodo non constet, eos in amentiam incidisse in statu peccati mortalis, docet Viva cit. cum Laym.: & Dian. p. 2. tr. 1. 4. ref. 78. & p. 5. tr. 3. ref. 46. cum Gran. & aliis.

Perpetuū tamen amentes, si constet nunquam habuisse rationis usum, æquiparantur infantibus; atque adeo nec **absolutionem**, nec **extrema unctio**, nec **Eucharistia est ipsis danda**.

Viva cit. & quoad **absolutionem idem dicit la Gr.**
cit. etiam si genuflectant, se accusent, & tundant
pectus; haec enim faciunt, quia viderunt,
& audierunt ab aliis.



C A P. XII.

De communione.

1. **P**lura de communione scita necessaria dixi in Strada della perfezione; sed aliqua, quæ ibi tacero conveniens erat, hic scienda proponuntur.

2. Pro debito conjugali, quod licitum sit illud reddere die habendæ communionis (& per conseq. meritorium, ut ait D. Francisco Sales tom. I. p. 2. c. 20. in fine, & tom. I. delle lettere lib. 3. lett. 3.) docent Busemb. lib. 6. tr. 3. cap. 2. dub. 2. art. 1. cum Fill. Sanch. Escob. . Salm. de Sacram. tom. I. tr. 4. p. 4. n. 63. & 64. cum Laym. Et quia coniux licite potest, dicendum etiam, quod debet reddere; alias mortalites peccabit, si alter coniux serid, & constanter petit, eodem modo, ac dicitur, quod peccet quando non est dies communionis. Laym. lib. 5. tr. 4. c. 6. cum Sanch. Suar. Si autem remanet effectus malignus, scilicet turpis recordatio, perturbatio, &c. si nos sit aliqua justa causa communicandi, consultum est abstinere a communione, ut docent Salm. cit., & sequitur ex dicendis. Quod si in repellendo malignum effectum ignorans fuerit, erit etiam peccatum veniale sic communionem sumere, ut de se patet. Sic etiam si voluptatis causa fuit debiti redditionis, quod sit veniale accedere eodem die ad communionem, nisi excusat justa causa, docent Perez apud Busemb. cit. & Salm. loc. cit. cum Suarez, & Sanch. Justa autem causa, quæ a peccato veniali in dicto casu excusat, quænam sit, vide infra n. 4.

Et quæ dicta sunt de redditione debiti ante communionem, dicenda sunt etiam de redditione eodem die post ipsam communionem.

3. Quantum verò ad petentem, si voluptatis causa petiit, sive ipse communionem eodem die sumat, sive sumat alter coniux, peccat venialiter communionem sumendo, vel non dissuadendo, ut alter a communione abstineat, nisi excusat justa causa, ut supra. Si autem justa de causa petiit, ut ob periculum incontinentiae, vel ob specialem spem prolis tali tempore habendæ ex speciali corporis dispositione, nullum est peccatum accedere ad communionem. Laym. loc. cit. cum D. Gregor. Gerson. Alens. Pallad. Victor. Suar. Sanch. . Et Salm. loco cit. Quod si remaneat turpis

ge-

recordatio, perturbatio, &c. dic ut supra.

4. Et haec dicta sunt pro coniugibus, quorum aliqui cum sint spirituales, haec scire desiderant. Generaliter autem pro omnibus loquendo sufficiat scire, quod pollutio involuntaria nos impedit communionem, nisi malignum effectum relinquit. V. G. turpem recordationem, ac delegationem, distinctionem animi, perturbationem, &c. In eo enim casu de maligno effectu, sicuti & semper quando fuit voluntaria, dummodo in hoc casu de peccato is sic confessus, veniale est communionem accipere, & nec veniale, si id suadeat justa causa, V. G. si timeretur aliqua nota si communio omittatur, specialis devotio, magnus fructus festivitatis, regula Ordinis, si sequenti die non quic commode fieri communione, si Sacerdoti incumbit celebrare ex officio. Busemb. lib. 6. tr. 3. c. 2. dub. 2. art. 2. cum Bon. de Lug. . Selvante Sacram. tom. 1. cr. 4. p. 4. n. 62. cum Suar. Ant. a Sp. S. Laym. cit. cum com. Et patet ex Missali de defect. in celebrat. missæ tit. 9. n. 5. Idem dic de fornicatione. Quisque tamen procuret devotus accedere quantum potest. Optima autem, & maxime utilis devotio actualis consistit in affectibus Fidei, Spei, & Charitatis, & aliarum virtutum supernaturalium; sicuti pro gratia sum actione post communionem possunt renovari affectus amoris erga Christum, quem intra nos presentem habemus, & doloris de peccatis: gratias ipsi agemus: proponemus ei nostras spirituales necessitates; & ut ipsi semper vero amore uniti simus regabimus.

5. Consulit tamen Laym. cit., ut post mortalem pollutio nem, vel fornicationem Homo ab humilitatem abstineat a communione (& hoc etiam Confessores consideratis circumstantiis praecipere posse, & quandoque debere ait, ut melius ille peccatum agnoscat): quod etiam de pollutione nocturna ex precedenti cogitatione mortali, vel ex nimia crapula habet Missale de defectibus in celebratione missæ tit. 9. n. 5. quamvis instructiones illas positas in Missali de defectibus in celebrat. missæ occurribus, non obligare ad peccatum, nec approbari a Pontifice, nisi solùm, ut bonas, & probabiles opiniones, velit Lez. tom. 4. v. missa n. 59. cum Suar. Fag. Peyr.

6. Quæres. An, & quomodo peccet Confessor communionem concedens supradictis personis?

R. De illis , qui peccant mortaliter, vel venialiter accipiant communionem , si Confessor hoc sciat, vel supponat , certum est , quod & ipse communionem positivo concedens mortaliter, vel venialiter peccat cooperando ad peccatum illorum . Si autem ex justa causa solum permisive se habeat quoad illum , qui venialiter in hoc peccat , ipse non peccabit.

Quod si quis communicet cum venialibus habitualibus sineullo emendationis proposito, discurrendum est de Confessore, siue de communicante . Et quod sic communicans peccat venialiter docet Laym lib. 5. tr. 4. c. 6. & Con. Suar. Dicat. ; quod probabile putant Salm. tom. 1. de Sacram. & Tamb. de exped. comm. Quod non peccet venialiter, docet Riccard. Major. Adrian. Sà, Soc. Vasq. Jo: Sanch. cum Fill. & aliis apud Tamb. cit. , qui & hoc probabile dicit ; quia per peccatum veniale non impeditur præcipuus effetaus Sacramenti , scilicet gratia sanctificans . Sed saltem exitus gravis in se defectus.

7. Dicta n. 4. in favorem paenitentis intellige , si quis semel vel iterum communionem sumere velit post mortalem pollutio nem , vel post fornicationem eodem die habitam . Cæterum de male habituatis , qui etiam die habenda communionis cadere solent, aliter discurrendum est ; & praesertim de Sacerdote quotidie celebrante . Iste enim, cum ex communione quotidiana non percipiat fructum , signum est , quod non accedit dispositus . Unde ut plurimum debet ipsi negari , ne dum communio , sed absolutio, usquedum per generalem confessionem , & alia remedia se emendaverit, juxta dicta cap. 4. Pro scandalo autem in Sacristeria, ubi jam scitus , quod debet celebrare , ad verum dolorem excite tur per Confessarium, & absolvatur cum onere faciendi quamprimum confessionem generalem.

Hic nota , quod SS. PP. ajunt : *Sacerdos vel est sanctus; vel diabolus;* non enim potest esse in statu medio per longum sal tem tempus. Imperfectus ait: *Laici delinquentes facile emendantur;* Clerici autem , si mali fuerint, inemendabiles sunt . D. Jo: Christol. habet : *Arbitror inter Sacerdotes multos esse, qui salvifiant;* sed multo plures, qui pereant . S. Brigida in revelat. lib. 4. c. 135. de his ait : *Præ omnibus diabolis profundius submerguntur in Inferno, nisi se emendaverint.* Caveant autem Sacerdotes, ne semel , vel bis celebrent cum remorsu conscientia de pascato morta-

mortalis, vel cum occulta in corde intentione redeundi ad peccatum, quia sic moraliter loquendo, semper in pejora ruent. Sed trementes audiant Sacerdotes verbam Domini. Christus Dominus in revelat. S.Brigidæ lib.1.c.47. sic de ipsis loquitur.

Sic faciunt mibi nunc Sacerdotes, qui proditores mei sunt. Ipsi enim, & Ego uno vinculo ligamur, quando sumunt panem, & proferendo verba faciunt inde corpus meum verum, quod de Virgine sumpsi. Hoc non possens Angeli facere, quia Sacerdos tibus solis illam dignitatem dedi, & ad summos Ordines ipsos elegi; sed ipsis faciunt mibi sicut proditores; nam ostendunt mibi faciem latam, & blandam, & ducunt me ad occultum locum, ut prodant. Sacerdotes ipsi tunc ostendunt faciem latam, cum videntur esse boni, & simplices; ducunt me in conclavi cum procedunt ad Altare. Tunc Ego paratus sum quasi sponsa, vel sponsus facere omnem voluntatem eorum; sed ipsi produnt me. Primo adhibent mibi ponderosum, quando divinum officium, quod dicunt mibi, est eis onerosum, & grave; magis enim longuntur centum verba pro Mundo, quam pro honore meo unum: magis darent centum marchas auri pro Mundo, quam unum denarium pro me: magis centies laborarent pro propria utilitate, & Mundo, quam semel pro honore meo. Hoc onere deprimunt me: quasi mortuus sum a cordibus eorum. 2. Pangunt me quasi acuto ferro, quod intrat in viscera, quando Sacerdos accedit ad Altare, cogitat, se peccasse, & penitet, babens firmam voluntatem peccandi iterum peracto officio, cogitando secum: Bene me penitet de peccato, sed non relinquam illam a me, cum qua peccavi, ita quod non amplius faciam. Isti quasi ferro acutissimo me pangunt. 3. Quasi suffocatur spiritus, cum cogitant secum sic: Bonum, & delectabile est esse cum Mundo: bonum est luxuriari, & non possum continere: faciam voluntatem meam in juventute, cum autem senuerim, tunc abstineo volo, & me emendare. Ex ista pessima cogitatione suffocatur spiritus. Sed queritur, quomodo: Utique cor eorum sic frigidatur, & tepescit a me, & ab omni bono, & nunquam calefieri poterit, nec resurgere ad charitatem meam: sicut ex glacie, etiamsi adhibeatur ignis, non surgit flamma, sed liquefcit; sic isti, etiamsi dedero eis gratiam meam, & audierint verba admonitionis, non tamen exurgunt ad viam vita, sed arent, & deficiunt ab omni bono. Sic ergo produnt me

ex eo quod scilicet offendunt se simplices, & non sunt, & qui gravantur, vel turbantur ex bottore meo, quo deberent delectari, ex eo quod habent voluntatem peccando, et promiscuam, se usque in finem peccatores.

Tunc etiam quasi abscondant me, & ponunt me in loco occulto, quando cogitunt apud se: Scio me peccasse: si abstineo a Sacrificio, confundor, & disjudicor ab omnibus. Et accedunt ad Altare impudenter, & ponunt me ante se, & tractant me Deum verum, & hominem; cum quibus sum quasi in occulto loco, quibus nullas scit, nec considerat quam prava, & deformes sunt, ante quos quasi in occulto jaceo Deus, quia etiam si pessimas homines fuerit Sacerdos, & dixerit verba illa, scilicet: Hoc est corpus meum: ipse consecrat veram corpus meum, & jaceo ante eam verus Deus, & homo. Sed cum ipse applicaverit me ad os suum, tunc Ego desum per gratiam cum deitate, & humanitate mea ab ipso; forma autem panis, & sapor remanet sibi; non quod veraciter ibi non sim cum malis, sicut cum bonis propriis Sacramenti institutionem, sed quia similem effectum; non habent boni, & mali. Ecce tales Sacerdotes non sunt mei Sacerdotes, sed veri profidores; ipsi enim & me vendunt quasi Judas, & produnt. Ego conspicio Paganos, & Judaos; sed nullos video eis deteriores, quia ipsi Sacerdotes sunt in eodem peccato, quo cecidit Lucifer. Nunc etiam dico tibi iudicium eorum, & eni sunt similes. Horum iudicium est maledictio, sicut maledixit David eis, qui non obedierant Deo, quis cum esset iustus Prophet, & Rex, non maledixit ex ira, vel mala voluntate, seu ex impatientia, sed ex iustitia Dei. Sic Ego, qui melior sum David, maledico eis, qui sunt Sacerdotes, non ex ira, vel voluntate mala, sed ex iustitia. Maledictum ergo sit omne, quod de terra ad utilitatem suam receperint, quia non laudant Deum, & Creatorem suum, qui dedit eis bac. Maledictus sit eibus, & potus eorum, qui intrat in os eorum, qui pavit corpus in cibam vermium, & Animam ad Infernum. Maledictum sit corpus eorum, quod resurget in Infernum sine fine arsurum. Maledicti sint anni eorum, quibus vixerunt inutiliter. Maledicta sit hora, qua incipit eis in Inferno, et nunquam finiet. Maledicti sint oculi eorum, quibus videbant lumen celi. Maledicta sint aures eorum, quibus audiebant verba mea, & non curabant. Maledictus sit gustus eorum,

quo

quo gustaverant dona mea. Maledictus sit tactus eorum, quo trahaverant me. Maledictus sit odoratus eorum, quo odoraverunt delectabilia, & me neglexerunt delectabiliorem super omnia. Sed queritur, quomodo maledicuntur? Utique maledictus erit visus eorum, quia non videbunt visionem Dei in me, sed tenebras, & penes Inferni. Maledictæ sunt aures eorum, quia non audient verba mea, sed clamorem Inferni, & borrom. Maledictus est gustus eorum, quia non gustabunt de bonis meis aeternis gaudium, sed amaritudinem aeternam. Maledictus est tactus eorum, quibus non trahabunt me, sed ignem perpetuum. Maledictus est odoratus eorum, quia non odorabunt odorem illam suavissimum in Regno meo excedentem omnia aromata, sed fætorem in Inferno habebunt amariorem felle, & pejorem sulphure. Maledicti sunt a Cælo, & terra, & ab omnibus creaturis insensatis, quia ipsa obediunt Deo, & laudans, & isti spreverant. Propterea juro in veritate mea, quia sum veritas, quod si sic moriuntur, & in tali dispositione, qua nunc constituti sunt, nunquam charitas mea, nec virtus concludet eos in se, sed sine fine damnabuntur.

8. Sed quoniam bene est, Sacerdotes in mortali celebrantes propriam scire obligationem, ut non peccent etiam ex ignorantia ultra peccata, que in hoc committunt ex malitia, notare in primis debent verba Trid. sess. 13. c. 7. sic præcientis. Quod si necessitate urgente Sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur. Quod mandatum Trid. obligare sub mortali cum sit in materia gravi, & sit præceptum, ut patet ex prop. 38. damn. Alexand. VII., non est dubium. Verum quia dictio quamprimum, statim, mox, incontinenti, & similis non habent certam, & determinatam significacionem, sed ex diversitate materiarum, de qua agitus, & circumstantiarum desumendum est spatium temporis, ad quod possunt extendi, ut notat Viva super prop. 39. Alexand. VII. cum Lug., ideo dicendum in casu nostro, quod Sacerdos dicitur confiteri quamprimum, si intra triduum confiteatur. Lug. Garcias, & alii cum Dian. apud Viva cit. dicentem hoc probabile esse, & citat Basileum, Con. & alios apud Dian.. Anacl. cum Herincx, & cum communiori. Ratio est, quia quod sit intra triduum, nisi aliter materia exposulet, dicitur fieri quamprimum, & illico, vel continuo ex l. fin. Cod. de judiciis, & l. fin. Cod. de errore Advocorum,

torum , ut apud Bald. Fel. Mandos.

9. An autem , qui statim finita Missa presentaneum habet Confessarium , quem postea habere non poterit intra triduum , teneatur statim confiteri nulla interposita mora , affirmant communiter DD. apud Viva cit. , quia universum qui ad aliquem actum intra certum tempus obligatur , prævenire debet , si non possit deinde præceptum implere . Idem est , si cras talis Sacerdos debet celebrare , & non habebit deinde copiam Confessarii . Anac. cit. cum Herincx . La Croix mox citandus cum Lug.

10. Si Sacerdos habens copiam Confessarii celebret in mortali ex malitia , non verò necessitate urgente , non tenetur hoc præcepto Trid. , quia in pænibus non valet argumentum nec etiam a minori ad majus . Viva cit. cum com. La Cr. lib. 6. p. I. n. 546. cum com.

11. Tandem Sacerdos in mortali existens , si Eucharistiam non conficiat , sed solum ministret , & dispenset aliis pro communione , non peccat mortaliter si non confiteatur , ut certum est apud omnes , si tamen per actum contritionis se ponat in gratia ante dispensationem . Sed et si in gratia non positus per contritionem aliis communionem tantummodo dispenset , non peccat mortaliter , sed solum venialiter . Tamb. de exped. commun. cum Vasq. de Lug. Et valde probabile dicit apud la Cr. lib. 6. p. I. n. 94. Arr. Probabilius dicit Vasq. Lug. Amic. Bernal, Spor. Ills. aliquique multi cum Dian. p. 2. tr. 14. ref. 33. & Avers. q. 10. sect. 5. Et tandem probabile facetur Dicast. Bosco , & La Cr. cit. ; nec non Busemb. lib. 6. tr. 1. c. 2. dub. 2. quia non conficit Sacramentum : contra plures alios dicentes , id esse mortale .

12. Demum ut ab aliquibus molestis difficultatibus se excedant Confessarii , notent , quod paenæ impositæ a Lat. Conc. c. omnis utriusque sexus contra transgressores præcepti de annua confessione , vel paschali communione , non sunt latae , sed ferendæ sententiæ , ut docent communiter DD. , & patet ex ipsis verbis Concilii : Omnis utriusque sexus Fidelis , postquam ad annos discretionis pervenit , confiteatur , &c. suscipiens reverenter ad uinus in Pascha Eucaristia Sacramentum , nisi forte de proprii Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejusmodi susceptione duxerit abstinentem ; alioquin & vivens ab Ecclesia ingressa arceatur , & moriens christiana

ca-

dareas sepulchro: Inspectiendas sunt tamen speciales Diocesum Constitutiones, vel consuetudines, an sit aliqua pena ipso facta, & forsitan reservata, ut est Neapolitana pena interdicti reservata contra non satisfacientes paschalis communionis praecepto in Cathedrali, vel propria Parochia.

13. Et in dictis verbis Concilii nota, in clausula illa, nisi forte de propriis Sacerdotis consilio, nomine proprii Sacerdotis hic ex tacito consensu Parochorum venire quemlibet Confessarium. Bon. de Sacram. Euch. d.4. q.7. p. 2. & cum ipso Busemb. lib.6. tr.3. c.2. dub.2. art.3. Et la Cr. loc. cit. n.650. cum communiss. sent. Ex quo sequitur, quod si Confessor inventat paenitentem habituatum indispositum pro absolutione, & jam expirat tempus paschalis praecepti, potest illi prolongare tempus praecepti. Sed si infamia, vel scandalum timetur apud domesticos, vel apud Parochum, dum is schedulam communionis non accipit tempore debito, Confessor hoc praevidens se regulabit juxta dicta cap.4. praesertim num.20. §. Quando. Quod si paenitens, ut sepe accidit, accedat ad Confessarium quasi ultimis momentis, quando jam non adeat tempus, etiam dimidiando confessionem, sundi ad Parochiam pro communione, vel si accedat post jam expiratum tempus paschalis praecepti, is si interrogetur a Parocco, vel a suis domesticis, an habeat schedulam communionis, non aliter potest respondere, nisi dicendo: *Adbuc praecepto communionis non satisfeci. Quamprimum satisfaciam.*

Communionem sumens cum peccato veniali affidente actu recipiendi communionem, V. G. cum actu vanæ gloriae concomitante, cum actuali distractione voluntaria, cum actuali complacentia de peccato veniali, peccat venialiter, quia est spiritualis irreverentia. La Cr. lib.6.

p.1. n.522. cum communiori, & probabiliori.



*De dæmonum vexationibus, & illusionibus,
ac de remediiis.*

1. **N**on omnibus fere Dæcesibus munus exorcizandi non nisi Confessariis tantum concedit solet : & recte quidem; quia Confessarii ordinarie melius scient, & poterunt talis munus exercere, cum conscientiae vexatorum notitiam habeant, salvo semper tamen sigillo sacramentali, & in confessione ipsa, peccata, quando opus est, possunt fortius reprehendere ob evidens Dei flagellum ; licet enim ob varias causas dæmonum vexationes Deus permittat, sape etiam in justis, ut magis virtus in infermitate perficiatur, ut Paulo, quem angelus satanæ colaphizabat, Dominus dixit 2. Cor. 12., quando tamen peccatoribus talis accidunt, ob eorum peccata hæc evenire quisque meritè credere potest.

2. Ad duo potissimum genera dæmonum vexationes in homines reduci possunt, ad invasionem scilicet, & ad assidentiam. Si etenim dæmones, Deo permittente, in hominum corpora ingrediantur, & ibi, eos cruciando, immoretur, hæc est invasionis & homines sic cruciati invagi, seu obsessi proprie dicuntur. Assidentia autem dicitor, quando dæmones personis, vel etiam locis Deus assistens permittit ob eosdem fines supradictos : & homines sic vexati largo modo obsessi dicuntur.

Dupliciter etiam assidentia dæmonum circa homines contingit. Aliqui enim dæmones assistentes sunt affixi personæ hominis ; quem, quocumque vadat, dæmones sequuntur. Ati sunt affixi locis, & solùm personas illuc accedentes, vel ibi montantes molestant. Licet autem dæmones assistentes quantum ex ipsiis est, possent agere intra hominis corpus, si Deus permetteret, ordinacie tamen id non accedit. Verum quando intra corpus obsessi immorantur, majorem solent habere potestatem in illum hominem, quam in alios; quamvis aliquando dæmones externe assistentes aequali potestatem habeant ac dæmones obsessores, seu intra hominis corpus immorantes.

3. Dæmones autem etiam intra hominis corpus moram facien-

cienses, non possunt quidem Animam cogere, ut invita peccet, quia non est peccatum, nisi voluntarium; multa tamen quae corpus, & quoad animum efficere possunt. Et quoad corpus possunt illud necumque mouere, a motu retardare, vulnerare, & languam movendo efficere, ut obfessus in blasphemias, verba obscena, manifestaciones voculorum prouumpat; vel e contra intentionem possunt profus impeditre. Quoad animum possunt vehementiori motu sensus cum internos, tum externos obfessi, & excitato vehementer motus libidinis, amoris, odii, tristitia, &c. & illis objecta illicita proponere, que sumuopere allicitunt, & quibus faciliter voluntas se accommodat; ita ut si oratione, & aliis spirituibus remedis obfessus se munire negligat, cogi se quasi ad peccandum sentiat: & tunc si consentit, peccat. Quando tamen demones obfessum cogunt ad actiones malas, non peccat, quia non adeat libertas, ut quando per demonum violentiam blasphemias profert, hominibus nocet, occulta criminia revelat, ut supra. Salm. tom. 5. et. 22. p. 5. §. 2. quia non ipse propriis membris uitatur, sed ipso passiis se habente, demones illis utuntur.

4. Neque peccat obfessus exercendo actiones malas quando demones ita perturbant phantasiam obfessi, ut ligatus sit usus rationis; quia neque tunc adeat voluntarium, & libertas. D. Th. 2. 2. q. 30. art. 3. Qued si usus rationis non est totaliter ligatus, ex qua parte est liber, obfessus peccat, si consentit. Idem D. Th.

5. Demones afflentes plura etiam ex dictis facili solent; ac insuper personas spirituales, ac interdum etiam non spirituales solent vexare interno horrore, licet personae ille nihil per sensus externos, vel internos videant, audiant, &c. (& haec dictum visio intellectualis demonum, quando scilicet homo non corporaliter, sed intellectualiter illos videt). ac terribilibus, & tam improvisis, ac repentinis apparitionibus, incursibus, strepitu, &c. ut id explicari non possit. Solent etiam eas domesticas abscondere, ut sic quis ad impatientiam, vel ad judicia temeraria, & rixas cum aliis inducatur. Pecunias quandoque insipientibus, & simplicioribus personis offerunt verbis, & aliquando etiam ostendunt eas apparentes, sed in factis nihil dare possunt, quia Domini est terra, & plenitudo ejus; orbis terrorum, & universi, qui habitant in eo. Pl. 23. 1. Et experientia patet, quia omnes Ma-

gi, Strigēs, & similes, qui aliis ope dæmonum thesauros promittunt, ipsi interim fame pereunt. Aliquando tamen dæmones, Deo raro id permittente, aliquam parvam dant pecunia summam; sed merito suspicio est, an talis pecunia sit vera, vel tantum apparet, non enim nisi fabulæ, dæmoni instigante, sunt illæ, quæ ab insipienti vulgo circumferuntur de tot inventis ope dæmonum thesauris a nescio quibus, nescio ubi, nescio quando. Dicti autem dæmones assistentes ordinarie ad tales personas non prope accedunt, sed per cubiculum circumambulant, & præsertim de nocte, vel meridie, prout habetur etiam Ps. 96. *A negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano.* Interdum tamen, Deo permittente, prope lectum, vel personas accedunt, ipsaque supergredientes in figura Muris, Felis, vel Serpentis, variis modis molestant. Et tandem solent aliquando hominum corporibus venenum, vel herbam aliquam infeste, quibus maleficiati semper malefice habent, & morte quandoque opprimuntur.

6. Sed oī res horribilis, & periculis plena. Aliqui sunt dæmones assistentes incubi, vel succubi. Dæmones incubi dicuntur, qui assumentes corpus aereum in figura viri (possunt etiam per aliquos Autores assumere corpus viri non in Dei gratia mortui) supercubantes muliericūm illa agunt, quasi copulam habentes. Et contra dæmones succubi dicuntur, qui in forma mulieris viris prout feminæ succumbunt quasi copulam habendo. Et Deo permittente possunt hoc modo peccatores, & justos vexare. Sed in justis, cum in dictis, cum in aliis incuris, terrorem, & horrorem magnum imprimit, omnia membra ligant, stant prossus illi moveri non possint, & præsertim brachia, ne signare se possint signo Crucis, & linguam ne possint invocare nomen Iesu: omnes sensus internos, & externos, & potentias deturbant, libera solūm manente voluntate, si velit consentire, vel nolit. In peccatoribus autem, qui peccato consentiunt, dæmones non imprimitur terrorem, & horrorem; neque illos sensibus privant; adhuc tamen isti non nisi modicam delectationem sentiunt, ut quedam mulier mihi attestata fuit. Sed semel ac quis possessionem sui corporis sponte dæmonibus concedit, etiam contritus, & confessus non solet amplius a tali externa molestia liberari, nisi a Mondo totaliter abstractus ad Deum totaliter fuerit conversus.

7. Prostis dæmonibus assistentibus non opus est signis, ut eorum molesta assistentia cognoscatur; nam etiā pro primis diebus persona vexata interdum nesciat, quid sit, & an propria imaginatione decipiatur; deinde tamen nimis clare hæc omnia cernit.

8. Hic notandum, quod aliquando quis credit se violentiam pati a dæmonie incubo, sed hoc solum erit per imaginationem, quatenus dæmon tali personæ dormienti species adeo vehementer imprimet de tali re in phantasia, ut in somno magnam agitatem, & terrorem sentiat; unde post somnum, quod vera hæc acciderint, sibi videtur, ut docet Bauc. Etiam naturaliter aliquando quis aliquid hujusmodi in somno sibi videtur pati ratione sanguinis cor opprimentis, ut docent Philosophi, præsertim quando quis supine, vel super liniærum latus dormit. Sed quando hæc naturaliter fiunt, non sunt cum tanta vehementia.

9. Signa evidētia pro cognosēdis obſessis habentur in Rit. Rom. fol. 211.: & hæc sunt, ignota lingua loqui non paucis verbis, vel ignota lingua loquentem intelligere, distantia, & occulta patefacere, vires ſupra ætatis, vel conditionis naturam extendere: & quod plura signa concurrunt, ed major certitudo habetur. Valde autem ordinarium signum (quod initio quidem ſignum probabile est, sed tractu temporis quād plures accidit, tantid certius erit, ut docet Pinam. in Exorcista rite edocto c. 4.) illud est, quod obſessi in festis principalioribus, ut Nativitatis Domini, Circumcidionis, Epiphaniae, Pentecostes, &c. in Conceptione, Nativitate, &c. in ceteris festis B.M.V., & in festis Angelorum, &c. magis a dæmonibus torquentur, incipiendo a primis Vesperis dictorum festorum.

10. Signa probabilitia invasionis sunt, si quis babeat vultum horribilem, & horribiliter oculos contorqueat, si non possit fixis oculis intueri Sacerdotes, seu Exorcistas, si coram dæmonium reliquiis timeat, ac tristetur, si formicarum turmas in humeris sentiat, si sentiat grave pondus quando Sacerdos manus capiti obſessi imponit, teter odor, &c. Pinam.cit. ; qui etiam docet, hæc signa probabilitia facile evadere posse evidētia, si cesserent, vel redeant Exorcista jubente, vel manus imponente.

11. Et ex dictis signis potest magis, vel mihi cognosci, an quis sit obſessus, vel potius atra bili, vel alio morbo affectus. Sed quia dantur tamen obſessi lunatici, qui tantum certis Lunæ tempore

poribus cruciantur, difficilis est hos cognoscere, quia faciles istos, vel alios, in quibus dæmones fatigatem causant, Exorcista non obsecros, sed lunaticos, vel factos crederet. Sed in ipsis observatione dierum festorum, ut supra, indicium dabit. Et hos obsecros lunaticos difficilius curari, docent Salm. cit. c. un. p. 8. Quod autem dæmones a multis annis sint in obsecro, nihil refert cum sint spiritus.

12. Sed vanum est, si quis experientiam vellit habere de obsecro per hoc, quod fingens, se velle ei applicare aliquam Sanctorum reliquiam, applicet lapidem, lignum, vel pateam; & si ad talium rerum applicationem obsecrus contremiscat, vel strepitum faciat, non esse obsecrum judicet. Posset enim esse vere obsecrus, & demon posset tremorem, ac strepitum in ipso causare in hujusmodi applicatione, ut Exorcistam decipiat.

13. Et his præmissis, postquam per supra posita signa Exorcista sit invasionis certior factus, ad adjurationem, & exorcismos pro liberatione devenire debet. Et dupliciter possunt adjurari dæmones: privatim puta, & solemniter. Privatim, seu ut persona privata quilibet Christi fidelis, etiam obsecrus ipse potest dæmones adjurare, juxta illud Marc. a 6. *Signa autem eos, quæ crediderint, haec sequentur: in nomine meo dæmonia ejicient.* Solemniter vero exorcizare potest tantum Sacerdos, & quilibet alius legitimus Ecclesiæ Minister, superpelliceo, & stola violacea induitus, & Ecclesiæ exorcismis utens, ut in Rit. Rom. a fol. 213.

14. Licet autem secundum potestatem a Christo datam quilibet Fidelis possit exorcizare obsecros, ut supra; attamen quia non omnes sunt, prout oportet, in hoc munere instructi, & perfecti, ideo in Conc. Laodicen. can. 24. & 26. statutum fuit, ut nullus auderet Energumenos exorcizare praeter Exorcistas, qui sacro Ordine sive suscepto redditi sunt ad hoc idonei ab Ecclesiâ Pinam. loc. cit. c. 6.

Ac præterea pro solemniter adjurando solet in qualibet Dioecesi requiri licentia Episcopi: et si Exorcista est Religiosus, licentiam debet habere etiam a suo Superiori. Sine dictis autem licentiis Exorcista, vel obedientiam non exiget a dæmonibus, vel etiam aliquid mali sibi ab illis timere potest. Pro tali officio rite agendo videatur Rit. Rom. a fol. 211. Et ut Exorcista hac in re in diffidentiam non incidat, scire debet, quod aliqui sunt Exorcistæ

cister, qui habent gratiam curationum; & isti facile obsecros liberant in brevissimo temporis spatio, vel in spacio horarum, aut unius diei. Sed ordinarie Exorcista post dies, post hebdomadas, post menses id obtinebit.

15. Non obstantibus autem superiùs dictis, potest quilibet sacerdos, immo etiam quilibet laicus præcipere privatim, & secrete dæmoni in nomine Jesu, quando strepitum facit, obfessum cruciat, vel impedit ipsum comedere, dormire, ire ad Ecclesiam, &c. ut cesseat hæc facere; ad quod non requiritur licentia Episcopi, quia Dominus Episcopi quoad hoc non censentur invitati. P. in Formul. lit. E. c. 36. dicens, quod potest etiam quilibet Sacerdos in casu occurrente facere præceptum dæmoni ad probandum, an talis homo sit obfessus; nam aliud est exorcizare obfessum, aliud probare, an sit obfessus. Experientia autem patet, quod si in supradictis casibus viva fide laicus, vel ipsemet obfessus dæmoni præcipit, a talibus molestis operationibus cessat.

16. Praeter ea, quæ in Rit. Rom. habentur, notes Exorcista, quod in primis non debet exorcizare absque ullo signo probabili operationis diabolice; quia sic Ordo, & potest Exorciste ludibri expuleretur.

17. Quamvis puritas conscientiae, sive sanctitas non sit omnino necessaria in Exorcista ad dæmones expellendos, ut patet ex pluribus locis Evangelij, negari tamen non potest, quod ad id summopere conductit. Unde ad nomen adhuc Sanctorum Venerum fugiebant dæmones, sicuti de S. Antonio Abate; dum adhuc erat vivens, legitur. Quare omnis curare debet qui hoc officio fungitur, ut nullo saleem peccato mortali gravatus existat dum dæmones adjurat; alias difficultes intentum assequetur. Sed videat quid Rit. Rom. fol. 211. in primis dicat. Sacerdos, seu quisvis alius legitimus Ecclesiæ Minister, vexatos a dæmoni exorcizatur, et, quo per est, pietate, prudentia, ac vita integritate præditus esse debet; qui non sua, sed divina fretus virtute, ab omni rerum humanaarum cupiditate alienus tam prius opus ex charitate constanter, & humiliter exequatur.

18. Sed potissimum Exorcista vivam fidem habere debet, sive fiduciam in Dei potentia, & misericordia. Hanc fidem mirum in modum augabit, si intra ipsummet habere Deum præsentem con-

consideret, & auctoritatem ipsi a Deo, & ab Ecclesia contra dæmones traditam perpendat, & cum his considerationibus exorcizet. Si vivam fidem habuerit Exorcista, infallibiliter dæmones expellet, ut patet ex Matt. 17., ubi interrogantibus Discipulis: *Quare nos non potuimus eicere illum?* scilicet dæmonem. Respondit Jesus: *Propter incredulitatem vestram. Amen quippe deo vobis, si babueritis fidem sicut granum sinapis, dicesis Montes huius: Transibis illuc, & transibit; & nihil impossibile erit vobis.* Si autem Deus noluerit, quod dæmones egrediantur, specialiter fidem vivam, seu fiduciam non dabit Exorcista; qui tamen habet semper auxilia sufficientia, sed non semper efficacia pro talii fiducia; unde ex sua culpa illam non habet; & aliquando etiam sine sua culpa, quia infinitis modis potest Deus sic disponere, quando expulsio dæmonum non est expediens Animæ obfessi. Sed quia raro talis expulsio non est expediens, debet semper estimari expediens, nisi manifesta indicia ad sint contrarie voluntatis divinæ; alias difficilè haberetur viva fides. Pinam.cit.

Quia autem Mat. 9. dicitur: *Hoc genus demoniorum in nallo eiicitur, nisi in oratione, & jejunio:* tam Exorcista, quād obfessus debent se oratione, & etiam jejunio munire.

19. Ridicule, & indecora agunt Exorcista illi, qui magnis vocibus, & clamoribus dæmones adjurant; quia dæmones non expelluntur sonitu vocis, & crepitu clamoris. Debet ergo Exorcista voce gravi, sed corde forti, & non temulento, in Deo confessus adjurare, & dæmonibus imperare. Sed & pejus faciunt, qui dæmoni superiori præcipiunt, ut dæmones inferiores expellat; hoc enim effet aliquam cum dæmone habere societatem; quod non licet. Salm. tom. 5. tr. 22. c. un. p. 6. cum Sanch. Lef. Sot. Palao, Bonac. Sylv. & aliis. Sed si a dæmonibus inferioribus obedientiam exigere non possunt, quomodo illam a dæmone superiori exigent?

20. An autem licet obfessum alaphis, flagellis, sputis, & similibus vexare, & opprobriis afficere, dicendum, quod si haec adhibeantur, non quasi habeant aliquam virtutem directe ad dæmones cruciandos, & affigendos, quia sic peccatum effet superstitionis, sed (absque crudelitate, & cum prudentia) adhibeantur in dæmonis contemptum, & contumeliam, licite fiunt. Salm. cit. Monendi tamen sunt seculares, ne obfessum indiscrete verberent, vel alaphis vexent, credendo, quod obfessus, cum sit extra

extra sensus, dolorem non sentiat; tum quia aliquando foedam non est extra sensus, cum quia licet ex extra sensus, quando sensus recuperatur, dolorem sentit in parte percussa.

21. Exorcista ad moneros debet obsecrum, ne temere de aliud judicet sihi maleficium fecisse, & quod non semper dantones, Deus tamen permittit, ibant in corpus obsecrum maleficium, sed ordinarie hoc permittitur a Deo in poena peccatorum, quae ut plurimum obsecrum considerunt, & comittunt; quamvis ex iam virtutis, sic Deus ad eosum exercitum permittente, aliquando vexentur a dæmoni, sive intra corpus inhabent, sive extrinsecum adistens, quod ex obsecro conscientia bona, vel in tua discedit potest. Neque etiam est necessaria pro liberatione obsecris et dissolvantur signa maleficit.

22. Si Exorcista solùm probabile signum habeat evocationis diabolice, & evidens signum voluerit, & quod valde juvat ad vivam fidem habendam in seipso, & in obsecro, & sine signo evidenti alterius non potest procedi, cum statim hequeat, animulum a diabolo fiat. Ita se geret. Postquam preueni preeationem unde cum ipso obsecro ad Deum effuderit, Apostolatum Symbolum recitataverit, & spiritum sanctum iuvaverit, & spiciens fixe oculis in firmam, invocansque dominum capitulim imponens, secreto precipiat dæmoni, & etiam lingua latina, ne possit ab infimo intelligi, dicendo. In nomine Iesu Christi præcipio tibi, Spiritum immunde, & omnibus sociis tuis, si qui latentes in corpore hujus dominis, vel si quo modo cum vexatis, et statim nimbis præbeas aliquod signum evidens, & certum praefuisse dico, agitando horum membra, vel coram me efficiendo aliquidem sis, que prius, me absense efficere solitus eras, neque hanc creaturam Dni, aut electuantes, aut verum bonum aliquo modo offendas. Ita ex Picinam cit. cap. 9. & ex RIC. Rom. fol. 24.

23. Sed quia in aliquibus maleficiis dæmon nec invadit membra, nec affluit inesse maleficis ipsius, sed solum certis temporibus reddit ad illos alexandos, & fieri potest, ut aveniente Exorcista, dæmon recedat, ne cogatur quæsumum signum dare, debet Exorcista simul præcipere, ut si forte absit, statim accedat, & det quæsumum signum. Picinam cit.

24. His de Exorcista officio præmissis, ad obsecrum transversus. Sed interim ut Exorcista, & obsecrus majorem in exerci-

cismis Ecclesiae fiduciam habent, scire debent ex Salmo. tom. 5. tr. 22. c. un. p. 3., quod exorcismi Ecclesiae habent virtutem ex opere operato, & sic infallibiliter; sed vel complete, quatenus se vera daemones expelluntur, vel saltem incomplete, quatenus eorum vires attenuantur (quae est quedam dispositio ad expulsioneum); & sic saltem obsecrus malius se habebit, ut etiam experientia constat.

25. Sed, quod magis interest, Exorcista procurare debet omni studio, ut obsecrus ex parte sui se dignum reddat gratia liberationis. Nam si liberari vult, debet in priuis de hoc orare Deum. *Petite, Or' dabitur vobis.* Matt. 7. 7. At quia una ex principalioribus conditionibus orationis est fides viva, quia secundum affere fiduciam, spem de credulitate, quod Deus exaudiens Postulet autem in fide, nibil habeant: Jac. 1. 5. *Quocumque orationes petitis, credite, quia accipietis, Or' evenient vobis.* Matt. 11. 24.: debet obsecrus habere hanc &dem vivam sive liberationis. Ad quam acquirendam, quia fides sine operibus mortua est, debet se exercere in bonis operibus, etiam ad perfectionem aspirando, & rogare Deum, ut fidem sibi adaugeat. Sed quia puritas conscientiae est alia principialis conditio pro orationis efficacia. Iniquitatem enim si aspergi in corde meo non exaudiens Dominus. ps. 65. 18. debet obsecrus per humilem sacramentalem confessionem suam sepe mundare conscientiam. Certe plures obsecrati, ut vidi, virtute bonarum confessionum, & communionum, etiam sine exorcismis, vel liberati sunt, vel melius se habuerunt. Et regula generalis sit pro omnibus, qui a daemonibus, sive internis, sive externe vexantur, si liberari, vel melius se habere volunt, quod vitam debeat agere puram, & tendere etiam ad perfectionem, cum magna mortificatione interna humilitate, & contemptu bonorum fortunæ, voluptatum, & honoris; his enim remediis his malis mederi oportet.

26. Quoniam daemonia primis procurat internis suggestionibus, ut patiens non credat, se esse obsecrum, debet iste credere Exorciste afferenti, quod sic obsecrus; alias non diligenter curabit, se bene disponere, ut supra, ad gratiam liberationis obtainendam. Debet etiam prompte in omnibus obedire Exorcistæ, ejus voluntati suam unire, & omnia Exorcistæ præcepta demonibus facta, sua voluntate confirmare. Dabit tandem manifestare

Sed Exorcista; quantum passio in seipso magis dominetur, ad quod virtus in capite magis inclinet, & quae tentationes a dæmoni-
bus paciatu*n*; ut Exorcista procurat contrariis contracta curare;
nam superbia V. G. debet curari per oppositam humilitatem, si
tentatur contra fidem spem, vel charitatem, & cibis contrariis
fidei, spei, & charitatis tentationes illas debet superare. Sed &
ad defectus tollendos debet curam adhibere obsecrus; alias dæmoni-
cum paupera erubet ad peccata, ad dissidentiam, ad despera-
tionem.

27. Reliquæ Sanctorum (sic & Agnus Dei, & alia res sa-
cerdotum) multam valent contra dæmones, si cum conscientia munda,
devotione, & fiducia obsecrus eas secum semper habeat; quoniam
mirabilis Deus in Sanctis suis. Ps. 67. Immo talim gratiam
Deus impertitur non solum feliquis, sed & aliis rebus, que
corporibus Sanctorum per contactum applicatae, piè ad usum
Fidelium conservantur, ut praesertim experimur de nostro
S. Ubaldo, de quo Breviarium Rom. die 16. Maii habet: *Ejus
virtus præcipue in effugandis spiritibus inmundis elacet. Corpus
verum per tota secula incorruptam magna Fidelium veneratione in
Patria, scilicet Eugubii in nostra Ecclesia, colitur.* Igitur supra
caput gloriose hujus Sancti ponuntur aliqui pîleoli ex serico
confecti, qui deinde obsecris applicati (& idem est si aliqua pîleoi
li pareicula ab ipsis penes se feratur), miram vim in dæmones
habere cernuntur, & obsecris omelias se habent; sic enim de ipso
S. Ubaldo dæmones horrent, ut in obsecris, quando nostros aspi-
ciunt, prout plures experientia vidi, memores habitus S. Ubaldi
in streptus, & clamores prorumpant.

Obsecris debent etiam sepe invocare nomen Iesu, praesertim
quando actualiter a dæmonie vexantur; *Omnis enim quicumque
invocaverit nomen Domini salvus erit.* Ad Rom. 10. Quoniam
Sanctum, & terrible nomen ejus. Ps. 110. Debent invocare dul-
cissimum nomen Marie. *Si infârgant venci temptationes, respi-
ce Stellam, raca Marism.* D. Bern. hom. 2. super Missus est. De-
bent etiam ad S. Angelos custodes recurrere; nam *Angelis suis
Deus mandavit de te, ut custodiant se in omnibus viis tuis.* Ps.
go. Sed & magnam vim habet contra dæmones signum Crucis,
vel aspersio aquæ benedictæ, quibus seipsum sepe munire debet
obsecrus.

et 28.11. Postquam obsecrus de superiori dictis bene iunctus habebatur, debet exerceri circa actus theodogales, & profectim iisque fidem quoad illa, quae faciunt ad eum, per modum dialogi, ne sequitur.

Exorcista. Credi, che Dio è omnipotente, e che tutto può fare, e disfare con tua fede parola.

Obsecrus. Credo.

Exorcista. Credi, che Dio bā dato l'autorità alla S. Chiesa, ed a suoi Ministri di scacciare i demonii?

Obsecrus. Credo.

Exorcista. Credi, che il demonio non può far vivere, e se non quanto Dio li permette?

Obsecrus. Credo.

Exorcista. Credi, che Dio è sommamente fedele, e non può mancare a ciò che bā promesso; o perdi havendo promesso, che a suoi Ministri disfacceranno i demonii, non si può dubitare, che accenderà la promessa?

Obsecrus. Credo.

Et sic de similibus.

29. Debet etiam inferni obsecrus, quod quando demon ipsius causat aliquem dolorem, vel molestiam, aut metu conturbat, aut inducere tentat ad disfidenciam, desperationem, &c. ipsum scum magno in Deo fiducia dumoni precipiat dicens. In nome di Gesù ti comando, che cessi da conformari questo dolore, questa noja, questa turbazione di mente. Et signum Crucis supra se ipsum faciat. Hoc modo valde roboratur fides in obsecro, cum videat etiam ad suum praecopernam demonem obedire, & cessare ab inferendo dolorem, molestiam mystic. Quod si haec obsecro in presentia Exorcista accidenti, ipse, ut obsecrus dicta in sui presentia practice efficiat, imponeat, & eliquando ipse Exorcista dixerint dicta præcipiat.

30. Ut demon reddatur obediens usque ad expulsionem inclusive, debet Exorcista leviusbus incipere, & gradatim ad maiora devenire. Hinc vulgariter sermone, ut obsecrus intelligat, demoni præcipiat: ti comando, che tieni a' petti a mezz'aria lo braccio destro di questa creatura. Et cum jam demon executus hoc fuerit, dicat: ti comando, che abbuffi lo braccio.

Deinde dicat: ti comando, che facci tremore questa creatur-

30. Et cum idem factum facit, dicat: *ti comando, che cessis*, Deinde præcipiat: *ti comando, que fecisti pioneris pro mea creatura*. Et postea dicat: *ti comando, che cessis*. Hoc ex eo quod dicitur. Et sic de aliis. Et in iungat oblesso, quod in sua presentia eodem modo hæc dæmoni præcipiat usque dum dæmon perfecit, & prompte tum Exorcista: *tum ipsi oblesso obediat*, ut postea deveniatur ad præceptum expulsum. Sed videat num. 40. & postrem præceptum ibi probatum faciat.

31. Interim nota, quod semper ac dæmoni extraordinaariam molestiam dat oblesso, signum est, quod obesus lapsus sit in peccatum aliquod, & secundum gravitatem peccati magis, vel minus torquetur a dæmons. Quare quando obesus viderit, se a dæmons torqueri, vel graviter tentari, faciat actum contradictionis, & deinde cum viva fide ipsi dicat: *in nomine di Gesù ti comando, che cessis*.

32. Exorcista in iungat oblesso, ut curas fugare omnem morticitiam, & latius semper in Domino esse, quia tempore tristitia in multa, incidet peccata, & sic dæmon magis ipsi dominabitur.

33. Curandum, ut dæmon nec in minima, ne victoria reportet, ut si impedimentum a ipso repugnante posset evadere ad Ecclesiam, ad confessione, vel communionem, &c.

34. Dubitari merito potest, quod animis dolor, & vel plaga, & omne malum in oblesso fiat a dæmons, nisi conetur oppoicimus. Et sic postquam obesus instritus fuerit, & exercitatus, ut supra, fiat præceptum dæmoni: *In nomine di Gesù ti comando, che cessis di causare il tal dolore, la tal plaga, la tal infirmità, & his cum viva fido præcipiendo, statim talia, cessabunt*; aut salsecum dæmon semper vires amitteret. Cavendum, ne dum sunt exorcismi, magna adlit gentium turba, quia yana curiositas, & alio, quorum incredulitas posse esse occasio retardandi dæmonis exitum.

35. Quod si obesus ob infirmitatem, deturbationem mentis, vel ob aliam causam non est capax infractionis, Exorcista debet objurgationes dæmoni facere per plures vires, usque dum obesus sit capax infractionis superadditam. Objurgationes posunt desumi ex Rat. Rom. fol. 23. b. Audi ergo, *Onome Sacrum, &c.* usque ad finem, *Triumphator fuit*. Et ex foliis sequentibus ejusdem

eiusdem Rituallis possunt defunctorum aliis oblationes , sive statim
tearumque . Alio etiam oblationes possunt excoegeri ab
ipso me Exorcista , ut dicendo .

*Cognoscit ne tu , o demon , quod Dominus sis omnipotens , quod
tu sis vilissima creatura ex nihilo creata , & quod ubi tuam sis
peribam in infernum dominatus fuisse ?*

*Cognoscisne , quod Dominus te punis cum infinita misericordia .
dam non te punit tanta illa pena ; quam morris ; & ideo in infi-
Deum odio habes ?*

*Nomine recordaris , te a Crux Christi Domini vittam fuisse ;
nec ecce cur tuas fallacias formides , qui in divina protectione
confidis ? Et sic de similibus .*

36. His presuppositis Exorcista tria obseruat . 1. Si obsessus
perfecte dominatur demoni , itant demon perfecte , & prompte
obediat obsecro in iis , que ab ipso praecipiuntur . 2. Obsessum
interroget , ne videat si vere non curat de suggestionibus , qui-
bus demon infringere vult fiduciam eis , itaue non speret , quod
demon egreditur , vel non tam eito . 3. Si habeat mentem sem-
per magis tranquillam , conscientiam quietam , & loquendū
utrum semper magis expeditum . Si haec adsinet , signum est , quod
obcessus sit ad liberationem proxime dispositus . Unde sequenti
die faciat prope in Rit. Rom. fol. 213. in litteris rubris ordinatur ,
ubi dicitur : *Hocque Sacerdos .*

37. Deinde Exorcista cum magna humilitate , & fiducia con-
fideret Dei praestitum , & potestatem sibi a Deo , & ab Ecclesia
contra demones traditam ; ut supra (quae omnia efficaciter per-
suadere etiam debet obsecro , & circumstantibus) , & dicat anti-
phonam . *Ne reminiscaris Domine , &c. ut in Rit. Rom. a fol. 213 .
Præcepimus , & exercitamus faciat cum impetu , & auctoritate ,
magna fide , humilitate , ac fervore , dicendo : Præcipio tibi , &c.
ut in Rit. fol. 214 .*

Potest etiam præcipere demoni , ut ex Rit. fol. 214. ut det
signum de suo egrediu corpori obsecro , ut V.G. quod postquam
egressus fuerit , campanulam in Ecclesia sonet , lampadem , vel
candelam accensam extinguat . Et cetera prosequatur Exorcista
usque ad finem , ut in Rit. , si optis fuerit .

*Notez ex Rit. , quod cum viderit spiritum valde torquent ,
tunc magis inviceret , & urgeat : Et quoties viderit obsecrum in ali-
qua*

qua corporis parte comoveri, aut pungi, aut tumorem alienibz
apparere, ibi faciat signum Crucis, & aqua benedicta asperget,
quam exorcizando in promptu habeat. Sed hic bene advertatur,
quod cum mulieribus capte procedere debet; & eas non tangat,
nec signum Crucis manu super ipsas efformet, nisi ad summum
in capite, ne periculum sit peccati. In quadam muliere obsesta
demon tumorem fecit in capite illius, & Exorcista manum im-
posuit, ac tumor evanuit. Sic factum est in facie, & in collo,
ac demum in pectora, super quod Exorcista manum imponens,
in mortale peccatum lapsus fuit. Optime ergo Dr. Carolus in Syn.
Provinc. 4. monuit, quod mulieres non tangantur ab Exorcista.

Inter exorcismos Rituallis potest Exorcista semel, vel plu-
ries facere praeceptum expulsivum vulgari sermone, ut ab obsesto,
qui ibi sit humiliter genuflexus, intelligatur, & confirme-
tur. Dicat igitur. Io Ministro benché indegno di Gesù Cristo, e
della S. Chiesa, in nome della SS. Trinità, ed in nome, e virtù
di Gesù Cristo ti comando a te spirito immondo, ed a tutti i tuoi
compagni, che subito ti pari da questa creatura di Dio, e che
non più ritorni a cruciarla ne internamente, ne esternamente, e
che non habbi più potestà alcuna nel suo corpo; e che teco pari
ogni cosa nociva. Cosa a te, ed a tutti i tuoi compagni comando
in nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo.

38. Ex Rit. Rom. Exorcista observet, ad qua verba demones
magis concremiscant, & ea scipias reperas; & quando pervenerit
ad combimationem, eam iterum, & sapias proferas, semper par-
tem angendo; ac si videas se proficere, in ipso perseveret por-
duas, tres, quartar horas, & amplius, propterea poteris, donec vi-
ctoriam consequatur. Igitur postquam Exorcista praeceptum ex-
pulsivum ficerit demoni semel, bis, ter, vel pluries etiam, si da-
mon egredi noluerit, ipsi dicat: si non vis discedere, ego tibi
panam argeo. Deinde faciat praeceptum expulsivum: & si da-
mon non discedit, dicat: argeo tibi panam Inferni in decuplum.
Quod si nec discedat, sic augeat deinceps panam in vicecuplum,
vicecuplum, centuplicum, &c.

39. His omnibus peractis, Exorcista, ut certior fiat, ad da-
mon egressus fuerit, sive dederit signum, quod ipse jussit, sive
non, faciat sedere obsestum, & demoni sic præcipiat: In nomine
sue Christi præcipio tibi spiritus immunde, ut si habes peccata
rem

rem aliquam vēnandi hanc Dei creaturam prout anteā, indiciam
mibi praebeas, absque ultra mora eam vexando. Si hoc præcepto
prolato homo ille nullum patitur effectum ex iis, quos prius
pati consueverat, judicari potest proflus a dæmoni liber; & Exor-
cista gratias Deo agebis unā cum illo, dicat ex Rit. Rom. fol. 228.
Orationem pro liberatione; ipsiusque inveniat, ut Sacra menta fre-
quentet, & ac ex Rit. fol. 213. diligenter fibi cœveat a peccatis,
ne occasionem dæmoni præbeat in ipsum reverendū, ne fiant noī
vissima hominis illitis pejora prioribus. Si autem dæmon aliquod
presentia suæ signum dederit, pro eo tempore Exorcista nihil
aliud agat, & maleficium admoneat, ad ejus liberationem
majorem fiduciam requiri. Pinam. Exorcistæ edict. c. 11.

40. Si ergo compertum fuerit, quod dæmon egreditus non sit
ab obsecro, quia ad exorcismos, & præcepta solet dæmoni conser-
bari, & sic perturbatus, & agitatus remanet etiam obsecrus, Exor-
cista sic ipsi præcipiat: In nomine di Gesù Christi ti comando, de-
moni, che a questa creatura di Dio resistischi te före, resis-
tisci la Negrezza: se li opus est, dicat: resistisci più allegre-
za. Tu comandu, che vogli ogni male da te causaro: che non l'im-
pedischi il mangiare, bere, dormire, e tutte l'altre operazioni
necessarie, e convenienti al suo stato, e professione; ed in parti-
colare, che non l'impedischi dall'andare alla Chiesa, e dal fare
opere spirituali.

41. Si obsecrus fuerit parvulus, dispositiones ex parte obsec-
ri dictæ a num. 25. faciendo sunt a parentibus pro eo, reliquis,
& simili ponantur supra personam parvulihac exorcismi, & præ-
cepta fiant dæmoni; ut supra. Signa probabilitia maleficis in par-
vulis sunt, si fixis oculis Sacerdotes, & Exorcistas intueri non
audient, si ore aperto lac sugere nolint, si in momento illiso vi-
deantur excessuræ vita, si in his aliqua pars corporis livida, vel
nigra concutso sanguinis apparet, vel aliquod in his vulnus
videtur, si lacte sanguis nunquam possint, & liebre abundantib;
sugant, macti semper existant. Pinati. cit. Sed & obseruantur,
si aliqua sint signa ex dictis a num. 9. & perfectissim de observationa
re ferorum principatum.

42. Et cum haec satis esse possint pro obsecris, de liberatione
ceterorum a Dæmonibus externe vexatorum nunc agemus: ista
igitur, proportione servata, eodem modi sunt instruendi, &
exer-

exercitandi , ut supra de obseffis dictum est ; & sic etiam exorcizandus est dæmon , ut supra . Si dæmon est loco affixus (quod ab ipsa persona paciente sciri potest) , in primitis , qui commode potest , mutet locum ; vel ponantur in tali loco imago Crucifixi , & reliquiae Sanctorum , aspergatur locus sepe aqua benedicta , & præsertim si haberi possit de illa , quæ benedicitur in vigilia Epiphaniae , ut in Rit. Rom. fol. 258. , & potest etiam benedicti domus , vel locus , ut in Rit. fol. 155. In exorcismis tamen debent aptari verba dicendo : *nec amplius molestes , nec amplius accedas ad hunc hominem : discedas ab hoc loco , nec amplius accedas.*

43. Sed vere Dominus mortificat , & vivificat , deducit ad Inferos , & reducit . i. Reg. 2.6.; nam supposita in persona patientis puritate conscientiae , & quod ad perfectionem tendere nitatur , duo valde principalia , & specialia remedia docentur a S. Teresia , & a S. Franciscis Romana pro personis a dæmonibus externe vexatis . Primum est , quod persona patiens genuflexa invocans semper nomen Jesu , non fugiat , nec discedat a loco , ubi est , nisi prius dæmon discedat ; alias si ob timorem fugiat , semper timorem de dæmonе habebit , & posset etiam ab illo verberari . Secundum , & principalius remedium est , quod accusetur dæmon apud Confessorem , illi narrando clare , & distincte quicquid concreta ipsum a dæmonе fit ; quia sic semper magis dæmon amittit vires , & persona patiens amittit timorem , itaut nihil omnino in posterum timeat de ipso postquam per plures vices id factum sit . Nulli tamen alteri hoc manifestari debet , nisi Confessori , vel etiam Superiori . His duobus remediis mirabiles effectus visi sunt in plurimis etiam mulieribus , immo & pueris . Et quidem aliquæ ex his postquam semel , bis , aut ter his remediis usæ sunt , omnino sunt liberatae ; aliae autem saltu formidinem procul amiserunt , & minores molestias habuerunt . Licet autem aliquando post accusationem dæmonis apud Confessorem persona magis a dæmonе pro illa die molestetur , atcamen post non multas horas sicut vulneratum Deus humiliat ipsum superbum . Advertendum est ex S. Casatione Senensi , quod si dæmon alloquatur , non ipsi est respondendum , sed cum Deo loquendum . Potest etiam patiens præcipere dæmoni in nomine Jesu , ut discedat , vel ne somnum impediatur , aut de his Deum roget , & discedat .

44. "Omnia superius a n. 42. dicta facienda sunt cum perfidis, quae vexantur a dæmonie incubo, vel succubo. Sed si sponte eum dæmonie miscentur, & peccato consentiant (hæc tamen Deus dæmonibus non permittit, ut docet D.Th., nisi postquam multa, & gravia peccata aliquis commiserit), sciendum in primis, quod personæ istæ solent sanctam catholicam Fidem negare, & sanguine proprio ex pudendis extracto scriptum dæmoni facere, per quod ipsi (oh Deus) Animam propriam promiscunt, quæ omnia ipsemet dæmon ipsos docet, & ab illis exigit. Tales deinde omnia possibilia peccata in genere luxuriaz solent committere; & si aliquando non possunt non accedere ad confessio-nem, & communionem, sacrilegio confitentur, ac particulam consecratam secum ad domum reportantes, podibus concultant.

Sed si aliqua talis persona vel invita ad confessionarium accedat, quomodo Confessarius miserum ejus statum cognoscere poterit? Non nisi ex speciali Dei lumine. Si autem Confessarius in munere exorcizandi fuerit expertus, non tam difficile ipsi erit illam aliqualiter cognoscere; nam talis persona plumbeo veluti pede ad confessionarium appropinquabit, ac semper quasi retrocedere volens, horribilem vultum, & torvo oculos habebit, tetur etiam odorem emitter, se nolle confiteri forsitan dicet, sed solùm ad confessionarium accedere, quia aliter facere non potest, sed si Confessarius instat opportune, importune, & obsecrat, ut confiteatur, semper sit obstinatior, & collum indurat prout ob-sessus, quando præcipitur aliquid ab Exorcista. Tandem si con-fitetur, aliqua dicet levissima peccata, cum tamen si a Confessa-rio de ejus vita interrogetur, nec meditationi, nec aliis piis ope-ribus addicta comperiatur: & si etiam peccata gravia dicet, de commercio cum dæmonie omnino tacebit.

Sed etiam si aliqua talis persona sponte suum miserum statum Confessario manifestat, magna etiam charitate, patientia, & amore, non ~~amicam~~ paterno, sed materno Confessarius opus habet. Cum magna benignitate, & miseratione debet ipsam recipere. Et quia tales peccatores non mala temporalia formidant, non mortem, non Infernum, non dæmones, non Deum, recte faciet Confessor, si ipsum precor, alliciat, & motivis etiam humanis, ne dum divinis ad Deum inducere curer; suadendo præsertim, ut iteratis vicibus ad ipsum redeat, ut suam prosequatur confessio-nem.

nem. Eius ad spem in Dei misericordia origat. Circa Fidem bene instruat, & simul cum ipso plures actum Fidei eliciat, sicut & actum veri doloris, & propoli; & sic longam per plures dias ejus confessionem patienter excipiet. Potest etiam & cetera facere, ut a num. 42.

Potest quidem Confessor talem hominem remittere ad S. Officium, ut ibi objuret, & dæmonem citato scriptum restituatur. In casu secreto Confessor, obtenta facultate ab Episcopo, vel a S. Officio, postquam pœnitens contritus est, potest etiam citare dæmonem in confessionario, loco, & tempore, quo nullus alias adsit, eique præcipere, ut scriptum afferat, & ipsi Confessatio consignet. Neque opus est tempus assignare dæmoni ad suas allegandas rationes contra Animam ab illo datam; quia illam dare non valuit, cum non sit sua, sed Dei. Sed quod facilius, & commodius est, obtenta facultate a Sacra Pœnitentiaria, vel ab alio Superiori auctoritatem forte habente de casu hærelis (nisi delictum in casu raro sit publicum), potest pœnitentem absolvere absque recurso ad Episcopum, vel ad S. Officium. Semper enim ac quis verum dolorem, & propositum habet, potest absolviri a quocumque peccato, posita debita jurisdictione in Confessio; neque necesse est, quod dæmon restituat scriptum. Sic ego, quando de his peccatis non habebam, a probo, & docto viro instrutus feci in casu mibi occurrente; & talis pœnitens, qui per plures annos cum dæmonie peccavat, Fidem negaverat, & Animam dæmoni per scriptum prouiserat, bene confessus fuit, & communionem recepit; dæmon autem, licet in solita figura humana intraverit postea in cubiculum, non tamen potuit ad tam personam accedere; sed prope lectum a parte pedum se sistit, & illum ad peccatum alliciebat.

At quod non sit necessaria restitutio scripti, inveni postea apud Dian.nescio quo loco, & docent etiam Salm. tom. 5. tr. 21. c. 11. p. 10. n. 126. cum Sanch.Suar. Bon. Trull. : & la Croix lib.4. n. 153. & lib. 3. p. 1. n. 41. Qui tamen advertunt, quod si pœnitens conservat aliqua dæmonis signa, debet illa destruere, & comburere.

45. Cæterum, ut quis liberetur a tali violentia dæmonis incubi, vel succubi, totum pendet a dispositione divina. Dictus namque pœnitens jam per primam bonam confessionem, & com-

unionem liberatus fuit a tali violentia ; sed quædam bona mulier per aliquas vices mihi confessa , quæ invita talem violentiam per non breve tempus patiebatur qualibet nocte a dæmone incubo , non potuit per plures annos a tali violentia liberari . Difficilior pugna , immo & in personis timoratis grande martyrium : sed si voluntate resistitue , magis erit & præmium . Gaſtald. etiam tom. 2. d. 6. potest. ang. d. 4. q. 1. art. 5. dub. 7. refert , quod quædam Virgo cum qualibet die confiteretur cum lacrymis , & doleret de suis peccatis , non potuit liberari a dæmone incubo (cum tamen ipsa nunquam tali sceleri consensum dedisset) , nisi post plures annos oratione , & jejunio pie peractos : & quod aliquando dicendo semel Pater noster , vel Ave Maria , aut mutando locum aliqua personæ sunt liberatae .

46. Circa verò illa maleficia , quæ matrimonii nocent , nondum , quod , postquam Exorcista bene cognoverit mala in conjugibus orta , esse a dæmone , persuadere debet iis , ut doleant de omnibus peccatis , præsertim inter se commissis , sive ante , sive post matrimonium contractum , & quod a se tollant finem illum , quem plurimi habent in Matrimonio , nimirum libere satisfaciendi libidini , & non dirigunt matrimonium ad finem sanctius vivendi in illo statu , vel ut prolem obtineant , quæ Deo serviat , & cælestis sedes replete . Exorcista ipso disponat ad liberationem , ut n. 42. , & postea præceptum facias dæmoni , ut discedat , & secum ferat omnes immundicias , quas in corpus intulisset , &c.

47. Denique , sicuti putatas conscientiae , ut n. 17. , valde prodest , ut qui a dæmone vexantur , liberentur , ita multò magis prodest , ne qui sunt liberati , vel liberi , a dæmone in futurum vexentur , quia Deus specialem curam habet de justis , & in ordine ad Animam , & in ordine ad corpus , ut patet ex innumeris scripturarum locis , & præsertim Ps. 32. Ecce oculi Domini super metuentes eum .

48. Pro Animabus a dæmone in meditatione illis notandum , quod viri aliqui , & major pars mulierum , ne dicam quæsi omnes habentes visiones , locutiones , extases , & similes res extraordinarias , sunt a dæmone illusi . Pro his , & de earum remedio vide cap. 2. quæsi. 14. n. 6. Hic solèm agendum est de remedio ipsis dando per exorcismos . Sed ea omnia , quæ n. 42. dicta sunt , istis sunt applicanda .

Monet

Monet S. Teresa, Directorem non debere aliqui dicere,
quod sit a dæmonie illusus, nisi certe hoc sciat; nam diffidentia,
& desperatio posset inde provenire.

C A P. Ultimum.

De privilegiis Regularium.

§. I.

De privilegiis in communione.

1. **I**N hac tam difficulti, & tam necessaria materia de privilegiis Regularium hic agemus tantum de privilegiis Regularium sive in communione, sive postea in particulari, pro foro conscientiae, sive poenitentiali. Videndum igitur quibus privilegiis hodie licite sui possunt Regulares, loquendo de veris, & bullatis privilegiis.

2. Privilegium est veluti lex in aliquius favorem data. Capitulum privilegia dist. 3. Seu est lex privata, ut dicunt DD. Et prout facit ad presentem tractatum privilegium aliud est reale, aliud personale. Privilegium reale est, quod proxime, ac directe alicui sui, loco, muneri, vel officio, V.G. domui, Ecclesiae, Generaltui, Provincialatui conceditur. Personale est, quod proxime, ac directe personae confertur ratione sui. Et principalis differentia inter privilegium reale, & personale est, quod privilegium personale cessat extincta persona, cui concessum fuit: privilegium vero reale perseverat etiam extincta persona, & transit ad successores. Lez. tom. 4. v. Privilegia Regul. n. 4. cum Azor. Suar.

3. Ulterius privilegium aliud est mere gratosum, aliud onerosum. Privilegium mere gratosum est, quod privilegiato affectum commodum, & aliis non affectum incommodum, vel gravamen. Hinc sunt mere gratiola privilegia non jejunandi, comedendi carnes, audiendi sacram tempore interdicti, confitendi, absolvendi a reservatis, concionandi, dispensandi, &c. quia haec non cedunt in Episcopi, aut Parochi gravamen, sed potius levamen, quia non minuant eosum petestatem, sed eos adjuvant in suo ministerio. Salm. de privil. tom. 4. tr. 18. c. 2. n. 13. cum Lez. Sal. Garg. Suar. Bon. Tamb. Palao, Laym. & Don. de privil. tom. 1. tr. 12.

q.7. cum D.Thom. Privilegium onerosum est, quod et si privilegiato commodum affesar, aliis tamen afferat prejudicium, & incommodum, ut est privilegium de exigendo tributo, de exemptione a solutione decimarum, gabellarum, &c., quia si unus est exemptus a gabellis, onus refunditur super alios. Salm., & Don. loc.cit.

4. Privilegium adhuc dicitur gratiolum, seu favorable (sed non mere gratiolum), quando concedens illud de primario intendit favorem concedere, licet ex consequenti, & quasi de secundario sequatur alterius detrimentum, ut in exemplis allatis de exemptione a decimis, gabellis, &c. Si vero Princeps primus, & per se tendit in odium, & penam alterius, dicitur privilegium odiosum, seu onerosum, licet alii cedat in favorem alterius. Unde si partim intendat favorem, partim odium, atque favor, & odium possint distingui, ex qua parte est favorable late est interpretandum, & ex qua parte est odiosum stricte, ut privilegium Canonis, quod favorable est respectu personarum ecclesiasticarum, odiosum respectu delinquentis. In dubio autem, an privilegium sit favorable, an odiosum, judicandum est favorable, quia privilegium per se intendit favorem. Salm. cit. x. t. p. 6. n. 77.

5. Privilegium mere gratiolum, nunquam deperditur per non usum etiam privativum (quando scilicet privilegiatus sciens, & potens, data opportuna occasione non est usus privilegio), vel per usum contrarium, etiam si longissimum tempus pertranseat, quia nec deperduntur per legem id statuente, cum haec non adsit, nec per tacitam renunciationem, quia privilegia non obligant ad uendum illis, nec per prescriptionem, quia nemo habet jus ad praescribendum in privilegiis, quae solas actiones privilegiati concernunt; nec est ullus modus amittendi hujusmodi privilegia. Ita cum pluribus DD. Anac. in Canon. tom. 4. lib. 5: tit. 33. n. 209., qui quoad usum contrarium dicit, hanc esse sent. comm. Ita etiam fuit Lex. tom. 4. v. privilegia n. 15., & 16. cum Laym.. Salm. cit. cem DD. cit. & Don. cit. cum Merol. Laym., & aliis, quoad non usum tantum ita sentit. Semper tamen prae sumitur privilegium usu receptum; & afferenti contrarium incumbit onus probandi. Salm. cit. p. 2. §. 1. cum A. Tamb.

6. Et hic nota, quod non usus dicitur tantum respectu privilegij affirmativi, ut si habens privilegium comedendi carnes in

in Sabato & non comedet : uisus contrarius dicitur ~~comum~~ re-
spectu privilegii negativi , ut quando quis habet privilegium ;
non solvendi decimus & tamen illas solvite. Salms de Lenz c. 14.

7. Privilegium habens plures partes , si amittitur quoad
unam partem , non per hoc praeceps amittitur quoad aliam . Don.
de privil. tom. 2. tr. 7. q. 8. cum. com.

8. Religiones Mendicantes non solum communicant in pri-
vilegiis concessis , & concedendis cum alijs Religionibus . Mendi-
cantibus ad invicem , sed etiam cum aliis omnibus Religionibus Monachalibus , & non Monachalibus . Et idem est de confe-
mationibus , innovationibus , &c. taliter quod omnia , & singu-
la privilegia aliis concessa illis conveniant . non secundu[m] si cuius-
bet Ordini Mendicantium sit specie , & dominatio concessa for-
sent . Salms tom. 4. tr. 18. c. 1. n. 90. scilicet communissima sent. ex
variijs privilegiis . Hanc tamen communicationem intellige se-
cuadum restrictionem , vel ampliationem . Bullæ communicationis
cujuscumque Religionis . E. contra omnes Religiones . nam
Mendicantes , sive Monachales , sive non Monachales , omnia
privilegia Mendicantium eodam modo participant , & per con-
sequera participare etiam omnia privilegia non Mendicantium ,
& piorum locorum , ac si essent Mendicantes , ut constat ex eo q
cum privilegiis . Salms loc. cit. de R. Rodri. Tambi. Lez. Mirand. Pel-
liz. & aliis . Quod etiam intelligo secundum restrictionem , vel
ampliationem Bullæ communicationis .

9. In genesali communicatione concessis , & conceden-
dis communicantur etiam privilegia Religionum , que postea
fundantur , quia beneficium Principis sine restrictione concessum
est late interpretandum . Salms tom. 4. tr. 18. c. 1. n. 95. cum Bassaeq
Lez. Joa. Cruce, Rodriq. & aliis . Hinc Lez. tom. 1. c. 3. n. 17. docet
Garmelites posse uti privilegiis Societatis , Theatinorum , & Cle-
sorum ministrantium infirmis postea fundatorum .

10. An privilegia , que habent clausulam incomunicabi-
litatis , communicantur ab aliis Religionibus , que absolute ha-
bent clausulam communicandi cum privilegiis illius Religio-
nis ; & quidem etiam si expresse non derogetur illi clausulae in-
communicabilitatis , ut ordinarie fit ? Negant Peyr. Bord. Lez.
Suar. Palao , Pelliz. , & alii apud Salms. tom. 4. tr. 18. c. 1. n. 106.
propter aliqua privilegia concessa Societati a Gregorio XIII. &
XIV.

XIV., ut ordinari possint in sacris absque intermissione; extre
tempora, sine examine in canto, &c. cum clausula, ut non pos-
sint ab aliis communicari, & alia similia. Sed affirmant Salm.
loc.cit.n.107.cum Don. Bruno, Ant. a Sp. S. utroque Rode. Jo: a
Cruce, Basilio, Mirand. Dian., & aliis: & Don. fuse de privil.com.
1. tr. 7. q. 8. si Religio communicans habeat potest ab eodem Pon-
tifice, vel a Successore absolutam communicationem omnium
privilegiorum Societatis, vel omnium Religionum Mendican-
tium, & non Mendicantium, quia par in parem non habet im-
perium, & Pontifex predecessor non potest ligare manus Ponti-
fici successori.

11. Ex dictis sequitur, quod nos participamus privilegia
Jesuitarum incommunicabilia, quia participamus omnia privi-
legia conoscentia, & concedenda Mendicantibus, ut n.19. Sed ex una
parte Religio Jesuitarum inter Mendicantes computatur: ex
Don.de privil.com. 1. tr. 7. q. 7., & ex Lez. com. 3. c. 1. n. 1. ex Con-
stitut. Pli V. Indefessi. Anno 1571.: & ex alia parte Mendicant-
tes participant privilegia Jesuitarum incommunicabilia, ut fue-
se probant Don., & Salm. loc.cit. Ergo.

12. Hic querens, an sic necessaria licentia Generalis, vel
Provincialis, ut Mendicantes uti possint privilegiis Jesuitarum?
Et ratio dubitandi est, quia in Societate requiritur commissio
Generalis ad usum privilegiorum.

R. Negative, quia haec privilegia absolute, non cum hac
restrictione sunt concessa Mendicantibus: cum quia in privile-
giis non communicantur poenalia, & odiosa. Ita Don. de privil.
tom. 1. tr. 7. q. 9. cum Rodriq. Mirand. la Cruz, Suar. Portel. Dian.
Merol.: & Salm. tom. 4. tr. 18. c. 1. n. 105. cum Palao, Pelliz. Bas-
ilio, Ant. a Sp. S. Et idem est de aliis Religionibus, quæ partici-
pant privilegia Mendicantium, ut docent idem Salm. loc. cit.
Sufficit ergo licentia Superioris localis, de qua etiam aliqui ne-
gant, nisi aliter in privilegio exprimatur.

14. In generali communicatione privilegiorum non ve-
niunt poenalia, & odiosa, quia odia sunt restringenda, & privi-
legia communicantur in gratiam, & favorem Religionum, non
in poenam, & odium. Mirand. tom. 2. q. 46. art. 6. Don. de privil.
tom. 1. tr. 7. q. 12. cum Mirand. Rode. Tamb. de jure Abbatum, &
Anach. in Cap. tom. 4. lib. 5. cit. 33.

15. Ex dictis sequitur, quod cum in Congregatione nostra sit privilegium Pauli V., de quo in cap. 2. n. 12. contra nostros Canonicos procurantes favores a quacumque persona extra gremium Congregationis pro dignitatibus, officiis, administracionibus, &c. in Congregatione habendis sub pennis privationis, inhabilitatis, &c. aliae Religiones participantes non participant de hoc privilegio.

16. Statim ac privilegium concessum est primae Religioni, alia Religio communicans potest illo uti, sive acceptetur a prima Religione, sive non, sive adsit statutum in prima Religione, ut prius acceptentur privilegia in Capitulis generalibus, vel Diffinitoriorum, sive non, quia haec sunt extrinseca respectu privilegii; ideoque non habent praedicare alteri Religioni communicanti, modò in illa juxta suas leges acceptetur, vel si non adsit lex particularis de hoc, adsit sufficiens acceptatio. Ita Salm. loc. cit. n. 99. cum Bord. Mald. Pelliz. Ant. a Sp. S. Et nota, quod sufficierter censemur acceptata fuisse ab aliqua Religione privilegia per hoc quod reposita sint in illius Bullario.

17. Religio participans privilegia V. G. Mendicantium (scilicet de aliis Religionibus) participat etiam omnia privilegia omnium aliarum Religionum, quia inter privilegia Mendicantium unum est, quod possunt Mendicantes uti privilegiis, & gratis quorumcumque non Mendicantium, scilicet Monachorum, & aliorum Clericorum; secus non omnia Mendicantium privilegia communicata dicerentur. Don. de privil. tom. 1. tr. 7. q. 10. cum Oltrad. Cardin. Tusco, Nav. Sanch. Lez. tom. 2. c. 1. n. 61. cum Rodriq.

18. Hinc licet Religio participans habeat solum privilegium communicandi cum alia Religione in concessis, potest extendi hoc privilegium ad concedenda, si alia Religio habeat privilegium communicandi cum aliis in concedendis; nam jam unum ex privilegiis concessis alteri Religioni est, quod possit frui privilegiis concedendis, V. G. tertiae Religioni. Ergo prima Religio habet privilegium communicandi in concessis, habet indirecte privilegium communicandi in concedendis. Mirand. tom. 2. q. 46. art. 5. Salm. loc. cit. in n. 98. cum Rodr. Mirand. Garc. Oppositum tenet Bassenus, Suar. Rodriq. Palau apud Salm. loc. cit.: & Don. de privil. tom. 1. tr. 11. q. 9.; qui tamen facetus, omnes

fere Religiones hodie , & præcise Mendicantes absolute , & tunc posse uti omnium Mendicantium , & non Mendicantium privilegiis concessis , & concedendis ; quia sic per Pontifices omnibus fere concessum est.

19. Et præsertim nos participamus omnia privilegia concessa , & concedenda omnibus Religionibus Mendicantibus , & non Mendicantibus ; tum quia Pius. V. die 1. Septembris anno 1577. in Bulla Et deinde , concedit , quod nos possimus uti , & gaudere gratiis , & privilegiis , quibus Mendicantes utuntur , & gaudent , ac uti , & gaudere poterunt : consequenter participamus privilegia etiam concedenda Mendicantibus : tum quia , licet ipse Pius V. nobis communicaverit per dictam Bullam omnia privilegia Mendicantibus concessa , ut infra , & nihil dixerit de concedendis ; ipsi tamen Mendicantes jam per concessionem antecedenter ad nostram participabant omnia privilegia concessa , & concedenda Mendicantibus , & non Mendicantibus , ut Julius III. 10. Julii 1551. concessit Prædicatoribus apud Donade privil. tom. 1. tr. 7. q. 5. Clemens VII. concessit Minoribus apud Mirand. tom. 2. q. 46. art. 1. in fine , & idem Clemens VII. anno 1530. concessit Carmelitis apud Lez. tom. 1. c. 3. n. 17. omisis aliis. Consequenter nos participantes privilegia Mendicantium , participamus indirecte omnia privilegia concessa , & concedenda omnibus Religionibus Mendicantibus , & non Mendicantibus.

20. Plura etiam possent ad intentum deduci pro nobis ex eo quia participamus privilegia Cassinensem , & Congregacionis S. Salvatoris Bononiensis , ut infra ; Canonici autem S. Salvatoris Bononiensis participant omnia privilegia concessa , & concedenda Mendicantibus , ut infra .

21. Solent Pontifices in communicatione privilegiorum uti hac clausula , quatenus sunt in usu . Sed quia in communicatione privilegiorum non tam conceditur usus , quam jus utendi , quia per communicationem privilegium sic fit proprium Ordinis , cui communicatur , ac si illi esset specialiter concessum . Salm. loc. cit. n. 99. Lez. tom. 4. v. Privilegia n. 24. , & Don. de privil. tom. 1. tr. 7. q. 17. , clausula illa solum requirit , quod privilegium primæ Religionis sit validum quando communicatur , quoad jus utendi , & hoc ipso potest secunda Religio illo uti , sive prima Religio illo utatur , sive non . Salm. Lez. & Don. loc. cit. ; tandem magis ,

magis, quod nos loquimur solum de privilegiis mere gratiosis, que non deperduntur per non usum, vel per usum contrarium.

22. Si quereras ergo, an in communicatione facta cum clausula, quatenus sunt in usu, secunda Religio tenetur se certiorum facere de usu privilegii in prima Religione tempore communicationis? R., sufficere scire, quod tunc privilegium fuerit validum quoad jus utendi; scilicet, quod non fuerit revocatum, nec contra ipsum sic prescriptum; maxime quia hic loquitur de privilegiis mere gratiosis, contra que non prescribitur; neque ipsa deperduntur per non usum, vel per usum contrarium, ut n.s.

23. Solet in privilegiis apponi haec clausula, *dummodo Concilii Tridentino non sint contraria*. An autem haec clausula intelligatur de iis privilegiis tantum, que sunt expresse a Concilium revocata, an vero de omnibus, etiam tacite revocatis, seu que sunt quomodocumque contraria dicto Concilii, Salm. tom. 4. de privil. tr. 18.c. 1.n. 50. cum Jo: a. Crnce, Pelli. Dian. Suar. Bord. Lez. Tamb. Garcia, Nav., & aliis tenent, dictam clausulam intelligi tantum de privilegiis expresse revocatis sicutem per clausulam generalem Tridentini, *non obstantibus quibuscumque privilegiis*; alias privilegia censentur tacite admissa: & ita probabilitate etiam Rodriq. Mirand. Suar. Lez. apud Don. tom. 1. de privil. tr. 11. q. 15. Sed Don. loc. cit. dicit, quod opposita sententia est tuior, & in praxi recepta; & ita etiam dicit Lez. tom. 3 v. Clauisula n. 26. cum Peyr. Quenam autem privilegia sint per Concilium Tridentinum revocata, vide apud Don. loc. cit. q. 16., & Rodriq. resol. 116. n. 15.

24. An illa clausula, *dummodo Sacris Canonibus, & decretis Concil. Trid. non sint contraria*, excipiat privilegia, que contrariantur nedum decretis Concil. Trid., sed etiam totius Juris Can.? Negat Lez. loc. cit. n. 27., & Don. loc. cit. q. 14. cum Portel., & aliis; alias haec privilegia essent vana, cum omnia fere privilegia Regularium sint contra aliquos Sacros Canones. Intelligitur ergo de Sacris Canon. Ipsius Concil. Trid., ut explicant Tamb. Lez. Leand. Ant. a Sp. S. apud Salin. cit. n. 49.: vel canon hic idem est ac decretum Concilii, ut sepe diversa verba idem significantia germinantur. Salin. cit. cum Bord. Dian. Don. Rodriq.

25. In generali communicatione privilegiorum tunc ea,

alicui loco, vel Monasterio, vel particulari personæ sunt specie-
liter concessæ, censemur concessæ omnibus aliis locis, Monaste-
riis, vel particularibus personis ejusdem, vel aliarum Religio-
num (non ut particulares sunt, sed ut sunt partes Congregatio-
nis), quando militat eadem, vel similis ratio, quia aliæ esse
totum jus commune revertere, & Religiones relaxare: cum quia
in generali concessione non veniunt exorbitantia, quæ scilicet
raro, vel cum magna difficultate conceduntur. Salm. cit. n. 114.
Don. de privil. tom. I. tr. 7. q. 14. Lez. tom. 2. c. 1. n. 52. & 53. Op-
positum tenent Tamb. de jure Abb. Pelliz. Portel. Mirand. Ant. a
Sp. S. Rodriq. Garcia, & alii apud Salm. loc. cit. n. 113. ex generali,
& amplissima privilegiorum concessione, qua Pontifices omnia
privilegia, gratias, &c. quibusvis Congregationibus, Societatibus,
locis, vel illarum personis quomodolibet concessæ, singulis
Ordinibus Mendicantium concedunt motu proprio, certa scien-
tia, &c. cum quia ita concessit Clem. VIII. Ordini S. Hieronymi
in Hispania, Gregorius XIII. Societati, Clemens VII., & VIII.
Carmelitis excalceatis, &c. apud Salm. loc. cit. n. 112. Et licet
(dicunt) ex vi concessionis hoc intuitu, vel illo, haç, vel illa ra-
tione, non extendatur privilegium ad alia Monasteria, Ecclesiæ,
&c. in quibus non militat talis ratio, bene tamen extenditus
vi alterius generalis concessionis, qua successor Pontifex omnia
quacunque ratione concessa pro aliis extendit.

Hic nota, quod Martinus V. in Bullario nostro fol. 157.
& Eugenius IV. fol. 158. nobis concessit, quod privilegia con-
cessa uni loco, vel Monasterio, ad omnia alia loca, & Monasteria
extendantur.

26. Certum est, quod Prælati Regularis gaudent omnibus
privilegiis subditis Religiosis concessis, etiamsi de Prælati nulla
fiat mentio, quia in favorabilibus Prælati veniunt nomine Re-
ligiosorum; non autem id valet e contra de privilegiis concessis
Prælati. Salm. cit. c. 3. n. 111.

27. Quæres. An confirmatis privilegiis unius Religionis re-
maneant confirmata privilegia alterius Religionis participantis
privilegia illius?

R. Duplici modo potest hæc difficultas procedere. 1. An si
confirmetur privilegia unius Religionis, cui primæ fuerunt
concessæ, illa confirmatio extendatur ad omnes Religiones, quæ
per

per communicationem gaudent eisdem privilegiis? 20. An confirmatis privilegiis propriis unius Religionis, eo ipso censeantur confirmatae aliarum privilegia, etiam si diversa sint, dummodo in privilegiis gaudent communicatione cum illa, cui facta fuit confirmatio. Stando in primo modo, dicendum est cum Salm. loc. cit. n. 76. cum Don. loc. cit. tr. 11. q. 9. & cum Mirand. tom. 2. q. 42. art. 5. quod si secunda Religio communicat solum in concessis, & non in concedendis, non censemur confirmatae privilegia secundae Religionis confirmatis privilegiis primae Religionis, quia confirmatio est novum privilegium, novaque gratia. Si autem secunda Religio participans communicat cum prima Religione etiam in concedendis, dicendum, quod confirmatis privilegiis prima Religionis, saltem ex certa Scientia, remanent confirmatae eadem privilegia alterius Religionis communicantibus cum prima Religione; quia confirmatio ex certa Scientia est novum privilegium, novaque gratia. Don. de privil. tom. 1. tr. 11. q. 9. Mirand. tom. 2. q. 42. art. 5. cum Bartol. Salm. tom. 4. tr. 18. c. 3. n. 77. cum pluribus aliis.

Si autem loquuntur secundo modo, negant Don. loc. cit. q. 10., & Salm. loc. cit. n. 78. cum communione; quia alii Pontifex plura confirmaret quam intendeset.

28. Quantum ad nos Alexand. VII. in Bulla Nuper die 21. Novembris 1661., quatenus opus est, confirmat, approbat, & innovat nobis omnia privilegia, gratias, &c. per quoscumque Praedecessores quomodo libet concessa, quateaus tamen sunt in usu, & decretis, S. Conc. Triet. non adversentur. ut in Bulla eius fol. 386.

29. Quare. An in Año Jubilæi suspendentur privilegia Regularium, sive pro suis, sive pro Sociis?

R. Negant Salm. tom. 4. tr. 18. c. 2. n. 31. cum Bessao, Lez. Bord. Lug. Petri. Sanch. Dian. Tamb. Mirand. Ant. a Sp. S. : & Lez. tom. 4. v. Jubilæum n. 6. cum Laym. Bos. Lug. Nav. : & tom. 2. c. 2. n. 60. refert Enriq. Sanch. Dian., dicens, attendenda esse verba Jubilæi, quæ variari possunt voluntate Pontificis; & si solùm fiat revocatio generalis privilegiorum, nulla facta mentione privilegiorum Mendicantium, cum haec sint speciali nota digna, vera erit opinio negativa; si autem fiat specialis mentio illorum, erit vera opinio affirmativa. Affirmat Don. de privil. tom. 1. tr. 13. q. 16. absolute loquens.

30. Quod

30. Quod amittantur privilegia , saltem in foro conscientie , si Religiosi non regulariter vivant , docet Don. de privil. tom. I. tr. 12. q. 15. cum Sylv. Mirand. Rodr. Quid intellige ex Don. respectu illius Religiosi , qui male vivit , quia malitia particularium non potest Communitatii prejudicare . Sed Mirand. tom. 2. q. 43. art. 3. id afferit de privilegiis , quae aliis sunt onerosa , ut de non solvendo decimas , &c. si sint Religiosi effrenati , & dissoluti ,

31. Quantum ad interpretationem privilegiorum notandum , quod interpretatio alia est authentica , juridica , seu judicialis , alia privata , seu doctrinalis . Hanc quilibet vir doctus facere potest ; cui acquiescere possumus , sed non tenemur . Primam autem facere potest solus Princeps , qui privilegium dedit , vel cui ipse concesserit interpretari : & hanc tenemur sequi , habetque eandem vim , ac lex , vel privilegium . Hinc Episcopi , Archiepiscopi , aliquique extranei Praelati , bene possunt doctrinaliter interpretari privilegia Religionum , sicut alii DD. , non tamen judicialiter . Et ita Clem. IV. concessit Praedicatoribus , & Minoribus Alex. VI. Congr. S. Benedicti , & Paulus III. Societati , ut apud Salm. tom. 4. tr. 18. c. 1. n. 73. , & Pius V. concessit nobis , & aliis circa privilegia Mendicantium , quae nobis comunicavit , ut n. 45.

32. Superiores Majores , scilicet Generalis , & Provinciales respective , ac alii Praelati locales (quorum nomine veniunt Vicarii in absentia Praelati , vel Vicarii Conventuum parvorum , ut hic Don. cum pluribus aliis , & nos dicimus n. 37.) interpretari possunt privilegia , nedium doctrinaliter (pro quo non erant necessaria tecum Pontificum privilegia) sed etiam judicialiter , ita ut subditi tenentes illi interpretationi stare , prout per plura iura , & privilegia Salm. loc. cit. n. 73. Lex. tom. 4. v. privilegia n. 12. Don. de privil. tom. I. tr. 8. q. 7. ,

33. Sed & nos habemus speciale privilegium a Sixto IV. in Bulla Dum ad universos , in Bullario nostro fol. 180. tenoris sequentis . Ut autem mentes dilectorum Canonicorum a dubiis & quae super praesentibus , aut aliis grossis bujusmodi per Nos , & Predecessores nostros , Imperatores , Reges , Principes , & alios predictos concessis , & in posterum concedendis , apud prefatos Canonicos , quomodolibet iriri possent , relevantur , volumus , ut ubi in aliquo redderetur accipites , seu dubii , secundum bonam aqui-

equitatem, in favorem salutis Animarum suarum largissime intelligantur. & interpretentur, non autem secundum juris rigorem, vel DD. opiniones, & subtilitates.

34. Declaratio iudicallis debet fieri a Praelatis cum consilio peritorum, sic prudenter, & discrete, ut sit juri, & rationi consona; cum proprietate verborum, in salutem Animarum, non in earum ruinam; alias esset destruere, & non adficare. Dona loc.cit.Salm.loc.cit.n.7.5.

35. Generales cum Capitulo Generali, & Provinciales cum Capitulo Provinciali respective (in iis tamen privilegiis, quæ sunt propria Provinciarum privativer quoad alias Provincias, de quibus scilicet non communicant alias Provinciarum, ut ex Salm. de privil.tom.4.tr.18. c.2.n.5.) possunt limitare, immo tollere suis subditis privilegia, etiam a SSede concessa, quando id expedient erit; quia licet id non possent sine licentia Papar, possunt tamen ex variis privilegiis; & præfertim ex privilegio Leonis X. pro Minoribus, & Augustinianis, Clement. IV. pro Cisterciensibus, & Gregorii XIII. pro Societate apud Mirand. tom.2. q.43. art.4; de quibus privilegiis gaudent alias Religiones communicantes. Sic etiam Superiori localiis cum suo Capitulo potest limitare, & tollere privilegia pro suis subditis, quæ sunt propria illius Monasterii private, ut supra, ut ex Salm.tom.4.tr.18.c.2.n.5. quia talia privilegia sunt quasi personalia; quisque autem potest cedere juri suo.

36. Quando in privilegiis Religiosorum datur aliqua facultas Praelatis, nisi aliud exprimatur, intelliguntur etiam Praelati locales, cum ipsi sint veri Praelati, & indeponit aequivalent uniuersali. Lez.tom.1. c.18. n.3. cum Suar. Praelati enim, tam Superiores, ut Generales, & Provinciales, quam locales, ut Priors, Guardiani, Rectores, &c. habent in suos subditos jurisdictionem quasi Episcopalem, ut DD. communiter in clem.r.de rebus Ecclesiæ non alienandis, & ex c. Abbatis de privil. in 6.; quia cum Religiosi non subdantur Episcopis, loco Episcoporum succedunt Superioris Regulares. Ita Lez.loc.cit. n.2. & Don.de privil. tom.1.tr.13.q.17.n.15. Et hic nota cum Salm.loc.cit.c.1.n.11.1, cum Lez. loc. cit. n.3., & cum Suar.ibidem, quod si privilegium conceditur Praelato inferiori, censetur etiam concedi Praelato majori, quia ita dictat recta ratio.

Privilegia concessa Praelatis extenduntur ad Vicarios
Conc.

Conventuum, ad illos scilicet, qui in Conventibus ipsis non habent Superiorum, quia isti sunt vere Praelati. Lez. loc. cit. cum Rodr. Suar.; & dicuntur Vicarii, quia in talibus Conventibus ob parvam familiam non est locus residentiae pro Priori, Abate, &c.

38. Secus dic de Vicariis quarumdam Religionum, qui sunt ut adjuvent Praelatum, sed non sunt Praelati. Lez. loc. cit. cum Rodr., nisi quando Superior a domo abeat saltem per unum diem naturalem 24. horarum, vel quando ab initio discensus scitur, quod Superior non sit reversurus, nisi post 24. horas; isti enim Vicarii tunc sunt vere Praelati, quia tunc omnis gubernatio Monasterii ad hos secundarios Praelatos devolvitur, plenamque habent potestatem in Subditos, quam non potest limitare proprius Praelatus, nisi quoad temporale secundum morem alicuius Religionis (nomine enim Praelati venit, qui aliis praecum jurisdictione interna, & externa, ut ex Lez. tom. I. c. 18. n. 1.) ; & eales sunt, qui apud Benedictinos vocantur Piores, in Societate Ministri, in nostra Congreg. Piores, vel Vicarii. Et haec docent Salm. de voto tom. 4. cr. 17. c. 1. n. 40. Lez. tom. 2. c. 13. n. 41. Mirand. tom. 2. q. 20. art. 1. concl. 3. Don. de Praelatis tom. 2. cc. 9. q. 5. Dian. tom. 7. cr. 1. ref. 112. Junip. pag. 1. disp. 8. q. 2. cum Bobad. Mirand. ; nisi quoad aliqua aliter determinetur per proprias Constatut. Et per consequens etiam ad istos Vicarios in absentia Superioris modo jam dicto extenduntur privilegia concessa Praelatis, quia sunt vere Praelati. Lez. tom. 2. c. 13. n. 41. Don. loc. cit. q. 6. , & etiam ex Concessione Sixti IV. in Bulla Dum attenta, quae est Mare Magnum Carmelitarum, apud Lez. loc. cit. , & ex Mari Magno Prædicatorum apud Don. loc. cit. : de quibus privilegiis participant aliae Religiones communicantes.

39. Pro revocatione privilegiorum breviter notandum, quod quando in Pontificum decretis, quæ Regulares concernunt, dicitur, nos obstantibus quibuscumque privilegiis, tunc generaliter loquendo, quoad illa decreta remanent, revocata privilegia Regularium, qui tunc subjiciuntur talibus decretis, & illa debent observare, non obstantibus privilegiis. Dixi, generaliter loquendo, quia aliqua privilegia majus habent robur, & non remanent revocata per clausulas generales, sed requiritur major expressio in revocatione, ut sive privilegia inserte in corpore ipsius, vel quæ sunt per modum contractus, vel quæ habent clausulam

sulam, quod non possint revocari, nisi fiat expressa eorum mentio, &c.; quæ ut revocentur, debent specialiter revocari, ut apud DD. citandos. Et hæc est expressa revocatio. Datur etiam revocatio tacita privilegiorum, quæ non fit expressis verbis, sed per a&cum contrarium, per quem privilegium non potest subsistere, ut si quis concederet privilegium Regularibus exemptionis a tributis, & potea subter illa ab ipsis exigi. Qui plura vult videat Lez. tom. 4. v. Privilegia Regularium a n. 19. & Salm. loc. cit. cap. 3. p. 4.

§. II.

De extensione privilegiorum Regularium ad Novitios, & alios.

1. In privilegiis Religionum aliquando nominantur etiam Novitiis: & hoc sit ad collendum omnem scrupulum. Ceterum etiam si Novitiis non nominantur, gaudent omnibus privilegiis Religionum, quia in favorabilibus Novitiis veniunt nomine Religiosorum; nisi in aliquo privilegio sic limitatio pro professis tantum; de quo tunc non participant Novitiis. Don. tom. 2. de privil. Novit. tr. 6. q. 3. cum Dian. & Navar. . Lez. tom. 3. v. Novitiis n. 36. cum Sanch. Mol. Enriq. Azor. Bon. Porel. Dian. Suar. Bord., & Salm. de statu Relig. tom. 4. tr. 15. c. 3. n. 85. cum Sanch. Sust. Palao; Pelliz. Vecch. Lez. Ant. a Sp. S. Candid. Bord.

2. Addunt Salm. n. sequ. cum Dian. Lez. in Mari Magno, Ant. a Sp. S. Del Bene, Pelliz., & Vecch., id intelligi etiam de illis, qui nondum habitum receperant, sed in brevi sunt induendi, quia in favorabilibus brevi accingendus habetur pro accinse. Et sic quod omnes dicti Novitiis possunt absolviri a peccatis, & censuris, & dispensari in omnibus irregularitatibus, votis, & præceptis a Praelatis Regularibus sicuti Professi, & indulgentiis frui, si bona fide habitum recipient, vel parati sint in proximum recipere; non autem si ficto animo. Ita etiam tenet Peyr. apud Lez. tom. 4. v. Novitiis n. 43., & ipsem Lez. loc. cit. concedit de privilegiis, quæ in compendiis privilegiorum Ordinum continentur. Pro nobis ulterius vide §. 4. n. 20. & 21.

3. Novitiis, qui virtute privilegiorum absolvuntur, vel dispensantur, si a Religione recedant ad novam absolutionem, & dispensationem non teneantur, quia absolutio simpliciter data non censetur data ad reincidentiam, nisi facultas ita expresse concessa fuerit; quod in praesenti non accedit. Salm.cit.tr.5.c.3. n.89.cum Vecch.Dian.Pelliz.Bon.Suar.Ant.a Sp.S. Tamb. Lez. Bord.Fragos.Cand., & aliis contra aliquos. Et ratio est, quia aliqua de facto sunt privilegia, quae absolute concedunt Novitiis tales gratias, ut notat Don., & Lez. locis mox citandis; & haec absolute sunt accipienda, & non cum reincidentia. Si verò velimus uti quibusdam privilegiis, quae concedunt gratiam Novitiiscum conditione, quod si post absolutionem non ingrediantur Religionem, vel non profiteantur, reincidunt in priores censuras, certum est, quod tunc reincident, ut notat Lez. tom. 1. c.24.n.9.& Don.de privil.Novitiorum tom.2.tr.6.q.18.

4. Non solum Conversi solenniter profitentes, sed Oblati, & similes, qui emittunt tria vota simplicia, cum sint vere Religiosi, ut dictum est cap. 3. n. 53. > participant omnia privilegia cum proportione ad eorum statum, sicuti alii Religioli professi. Salm.de privil.tom.4.tr.18.c.1.n.99.Lez.tom.1.c.3.n.18.Don.de privil.tom.1.tr.6.q.21. Sed & specialiter Alexander VI. in Bulla Exponi, anno 1499. in nostro Bullario fol. 199. concessit nostris Oblatis, seu Donatis, ut omnibus privilegiis, & immunitatibus nostræ Congregationi concessis, quibus nostri Canonici utuntur, potiuntur, & gaudent, seu uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, quoad indulgentias, & gratias spirituales, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant in omnibus, & per omnia, &c. Vide n.40.in fine.

5. Famuli saeculares, aliquie saeculares commensales, de quibus dicetur §.3.n.3. & 17., quod possint confiteri, si volunt, Confessariis a Superiori Regulari tantum approbatis, quod possint consequenter ab illis absolvi etiam de Casibus Episcopis in specie reservatis, sicuti Religioli, quia gaudent Religiosorum privilegiis, & facultas in Confessariis non est circa hos casus limitata, docent Salm. tom.2. de Sacram. pœn. cum Cespedit. Peyr. Ant.a Sp.S. Et iterum de privil.tom.4.tr.18.c.4. n.108., & 109. Haec ratio valde convincere videtur; tanto magis, quod adest de hoc privilegium pro Cartusiensibus a Clemente VIII., ut habet

P. e.

Peregrinapud Lez.tom. 2. c. 16. n. 17. sed huc tamen Lez.loc.cit. op-
positum tenet.

6. Insuper praedictos Sæculares posse absolví per dictos Con-
fessarios ab omnibus casibus, censuris, & penit. Papæ reservatis,
a quibus possunt absolví Religiosi, quia in favorabilibus ve-
niunt nomine Religiosorum, docent Salm.cit.er. 18.c.4. n. 108.

7. Moniales Ordinum Mendicantium, & non Mendican-
tium in his, in quibus sunt capaces, participant omnia privi-
legia concessa, & concedenda Fratribus sui Ordinis, & per con-
sequens quibuslibet aliis, ac si ipsis in specie fuissent concessa;
sicut e contra ipsi Fratres participant omnia privilegia Monialib-
us sui Ordinis concessa, & per consequens quibuslibet aliis;
nam licet ex vi privilegii concessi sub expressione, *viris fra-
tribus*, Moniales non possent uti illis privilegiis, possunt ta-
men uti ex vi aliorum privilegiorum, quibus ipsis Monialibus
conceditur generalis communicatio in omnibus gratiis, & favo-
ribus, ac privilegiis cuicunque Ordini, Congregationi, Ecclesiæ,
vel Collegio concessis: & sic e contra dic de Religiosis quoad
participandum privilegia Monialium. Salm.loc.cit.c. I.n.91.Fel.
Pot.fol. 388. n. 3581., & Mirand.tom. 2.q.46.art.2.

Et nota, quod ob eandem rationem Moniales communicant
ad invicem ipsarum privilegia; nam cum aliquæ Moniales par-
ticipant V. G. privilegia Religiosorum, qui participant omnia
privilegia concessa quibuscumque Ordinibus, Monasteriis, Colle-
giis, Domibus, &c. hoc ipso dictæ Moniales participant privile-
gia aliarum Monialium, quæ veniunt saltem sub dictione, Mo-
nasteriis, Collegiis, Domibus, &c.

8. Pro nostris autem Monialibus ultra hinc dicta vide §. 4.n. 19.
ob specialem participationem privilegiorum S. Salvatoris Bononiensis: & etiam ipsæ specialiter participant omnia privilegia
Mendicantibus concessa, de quibus §. 4.n. 24. ex speciali Consti-
tutione Pii V. Et deinde, pro nostris Monialibus, ut in Bulla-
sio nostro fol. 286.

9. Eisdem privilegiis Monialium gaudent, cum proportiona
ad eam statum Tertiariæ, seu Bizoche, quamvis in domibus
suis in particulari vivant, si habitum suæ Religionis deferant,
regulam Tertiatarum servent, & votum saltem castitatis fece-
rint de licentia Ordinarii (a quo ipsarum Confessarii debent up-

probari ex dect. S. Congregationis), ut docent Salm. cit. c. I. n. 94. Fel. Pot. fol. 366. , & Don. de privil. tom. I. tr. 6. q. 21.

Nota tandem, quod hodie qualibet Religio habet sua privilegia, & participat omnia privilegia aliarum Religionum, excepta una forsitan, vel altera Religione. Quisque igitur videat Bullarium suum Religionis, si, & quæ privilegia habet.

S. III.

*Affertur declaratio privilegiorum pro Regularibus
ex Bulla Superni Clement. X. pro Sacramenti
pænitentie administratione.*

3. **A** D bac: Regulares ab Episcopo ad Confessiones Secularium in sua Diœcesi audiendas approbatos, non posse in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis pænitentes Subditi sint ejus Episcopi, & quo ipse Religiosi jam fuerant approbati.

2. Et generaliter ab Episcopo ad personarum secularium confessiones audiendas approbatos, nequaquam censi approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subjectarum, sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione; atque approbatos pro audiendis confessionibus Monialium unius Monasterii, minime posse audire confessiones Monialium alterius Monasterii. Itidem Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro una vice audiendas, haud posse expleta deputatione in vim approbationis hujusmodi, illoram confessiones audire; sed toties ab Episcopo esse approbando, quoties casus deputationis contigerit.

3. Ceteram in Monasteriis, ac etiam Collegiis, ubi iuxta regularia instituta vivitur, posse tam Praelatos Regulares, quam Confessores Regularium eorumdem Monasteriorum, seu Collegiorum audiare confessiones illorum secularium, qui inibi sunt vere de familia, & continua commensales, non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt.

4. Illos autem Religiosos, qui ad Confessiones audiendas ido-

neb

nei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis quoque & insinante absque aliqua limitatione temporum, certorumque locorum, aut generis personarum in Diœcœsi propria admittendos. Quoad cœteros vero, qui non adeo idonei reperiuntur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinquere ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbatur, probare, & admittere. Semel autem simpliciter approbatos posse in Diœcœsi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorūcunque etiam infirmaorum confessio-nes audire absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi li- centia.

5. De qua tamen confessione requiri dictos Religiosos coram- dem infirmorum Parocbum illico certiori reddere: & hoc pos- se illis ab Episcopo sub persona suspensionis a facultate audiendi confessiones præcipi: sufficere tamen, ut certioratio bujusmodi fiat subtem per scripturam apud ipsum infirmum relinquendam.

6. Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore confessi fuerint, constitutioni, quæ incipit: Omnis utriusque sexus, quoad confessionem dantaxat satisfacere cen- fendos.

7. Regulares vero ad ejusmodi confessiones audiendas prævio examine simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipso- met Episcopo secus autem si ab ejus Vicario, aut ab antecessoribus Episcopis) approbatos, non posse ab eodem, qui sic approbatur interum examinari, aut ab eisdem confessionibus audiendis suspendi- seu licentias ipsi concessas revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas confessiones concernat: de qua tamen haud ne- cessarium esse, ut in actis constet; nec eam teneri Episcopum ipsius Regularibus significare, sed Sedi Apostolicae dantaxat, ubi eam aperiri postalaverit.

8. Porro si Regulares cum scandalo, aut alijs in honeste vi- vant, vel aliquid delictum committant, per quod rationabiliter Episcopi iudicio videantur a confessionibus suspendendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam oneratam esse volumus; cum præci- pua Ministri Sacramenti Pœnitentiae qualitas sit vita integrata, ac morum honestas, utique eam causam ad confessionis Mi- nisterium pertinere, ac proinde nihil obstat, quorūnus ob eam possit Episcopus Regulares a semetipso approbatos suspendere, aut

repellere a confessionibus audiendis.

9. Attamen confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessoribus adimis ab Episcopo inconsulta Sede Apostolica nullatenus posse.

10. Et facultatibus per mare magnum, aliave privilegia Regularibus cuiuscumque Ordinis, instituti, aut Societatis etiam Jesu, concessis, factam eis non esse potestatem absolvendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis.

11. Et per confirmationes dictorum privilegiorum, quas Regulares a Sede Apostolica post Sac. Conc. Trid. obtinuerunt, nequaquam revivixisse privilegia prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam decessis sublata, atque extinta, si quae habebant, absolvendi a casibus Episcopo reservatis.

12. Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolica reservatis, non ideo a casibus Episcopo reservatis posse absolvere.

13. Posse autem Regularem Confessorem in ea Diocesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diocesi, a peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eosdem penitentes noverit in fraudem reservatis ad aliam Diocesim pro absolutione obtinenda migrasse.

14. Vigore supradictorum privilegiorum nequaquam licere Regularibus, etiam satisfacta parte, absolvere penitentes a censuris quoad externum, & judiciale forum, & absolutos ab eis in foro penitentiali, utique non censi absolute in exteriori iudicio, & contentioso. Quinimmo censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis eigi posse gerere se pro talibus, etiam si a Regularibus fuerint absoluti.

15. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis privilegiis coram Episcopo, ab eo judicetur, ipsa non suffragari consui, de quo agitur, si dictorum privilegiorum verba obscura sint, & ambigua, non esse ad Metropolitanam prorolandum; sed cum ejus sit interpretari, cajus est condere, dictorum privilegiorum interpretationem Sedis Apostolica iudicio, prout alias constitutione Praedecessoris nostri, &c. fal. rec. Clementis 4. statutum fuit, esse exequendum. Non obstantibus quibuscumque, &c. etiam insolitis clausulis.

16. Hic nota in primis, Conc. Trid. sess. 25. c. 10. ordinasse,
quod

quod Monialibus præter ordinarium Confessorem aliis, extraordi-
narius ab Episcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter in anno
offeratur, qui omnium confessiones audire debeat. Potest etiam
ultra tres vices Episcopus concedere Confessorem extraordina-
rium, si id expediens judicaverit, quia Conc. ibi non loquitur
taxative. Fel. Pot. fol. 157. cum Pelliz. Alin. de Confels. Mo-
nial. c. 6. §. 11. cum Bord. Dian.. D. Franc. de Sales tom. 5. Constat.
Monial. 20.

17. Pro dictis num. 3. nota, quod vere de familia, & conti-
nuo commentales dicuntur Oblati, Donati, seu Tertiarii, ac
etiam sacerdotes, qui Religiosis deserviunt, & intra Monasterii
septa habitant, vivunt, ac dormiunt, atque sub Monasteriis
Prælati obedientia degunt, saltem ratione servitii, si non ratio-
ne voti, et si salario stipendiati sint. Salm. tom. 4. de privileg. tr. 18.
c. 4. p. 2. n. 57., & Fel. Pot. cit. cum Turrian.

18. Pro num. 13. nota, quod tunc penitens ex alia Diœcesi
dicitur venire in fraudem reservationis, quando nullo alio fine
venit, nisi ut absolutus a reservatis; non autem si veniat princi-
paliter ob aliquod negotium, licet de secundario veniret etiam
pro absolutione & reservatis, quia sic utitur jure suo. Salm. tom.
1. de Sacr. penit. tr. 6. c. 13. num. 25. Wigant fol. 594. n. 60.
Et quidem in hoc sufficit, quod penitens dicat, se ob aliud
negotium principaliter venisse, & Confessor credere debet, ut
docent Salm. cit.

§. IV.

De privilegiis Regularium in particulari; & pri- mo quantum ad casus Bullæ cœnae.

Possunt Prælati Regulares (etiam locales) absolvere suos
subditos a casibus Papalibus, etiam in Bullæ cœnae reservatis.

I. TA Renzi tom. 2. lib. 1. de Sacram. tr. 5. c. 4. q. 10. docet
cum Merol. ex motu proprio Pii V. 21. Julij 1571.
spud Rodriq. in qu. regul. tom. 1. q. 61. art. 9. in fine; loquens ta-
men

men de casibus occultis.

2. Ita Amend.com.2.p.5.de Sacram.pénit.sel.4.sect.1.dub.2.
diff.5.se retractans de sua priori contraria sent., non distinguens
de publicis, & occultis, docet cum Dian. Portel. Leand., & fir-
miter probat ex privil.S.Pii V. pro Gassinenibus: Dum ad Con-
gregationem: ac probat, quod Bulla cœnæ non derogat tali fa-
cultati.

3. Ant. a Sp.S.tom.1.tr.2.d.1.sect.1.n.47. affirmat etiam de
casibus publicis, excepta heresi, cum Sanch.Bord. Portel.Vecch.
Lez. Cand. ; & satis probabile ait etiam de heresi occulta cum
Rodriq.Cand.Suar.Sanch. Bauny, Bos. Fill. Peyr. Et hoc ex pri-
vilegiis, quæ non esse revocata defendit.

4. Fel. Pot. a fol.360. ex professo tractans hanc quest., cita-
tis 14. gravibus DD. concludit, sent. affirmativam esse morali-
ter certam, exceptis schismate, heresi cum relapsu, falsificatio-
ne literarum Apostolicarum, delatione prohibitorum ad infide-
les, & conspiratione in Roman. Pontificem. Et probat, quia jus
Prælatorum Regularium absolvendi suos Subditos a casibus Bul-
lae cœnæ, etiam ab heresi, est certum, per privilegium scilicet.
Sixti IV., & Pii V., & aliorum Pontificum; nam præsertim
Sixti IV. in Mari Magno Prædicatorum, & Minorum ann. 1474.
concedit Generalibus, Provincialibus, Custodibus, & Prælatis
localibus facultatem absolvendi, & respettive dispensandi suos
Subditos, & alios Fratres ad eos declinantes ab omnibus excessi-
bus, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, aut in-
terdicti, alisque ecclesiasticis, & sæcularibus sententiis, censu-
sis, & paenit., quavis ex causa, a jure, vel ab homine latissimam
per sententiam particularem, satisfacta parte, exceptis quatuor,
videlicet heresi cum relapsu, schismate, falsificatione literarum
Apostolicarum, & delatione prohibitorum ad infideles; revocatio-
verè talis facultatis est ad summum dubium; immo nulla adest,
ut ipse Fel. Pot. probat inductione; nemo autem est spoliandus
jure certo per superveniens dubium, quia melior est conditio
possidentis. Bullam Cœnæ explicat de Regularibus in ordine ad
sæculares. Conc.Trid.non absumisse, ait, dicta privilegia; immo
nihil immutasse pro Prælatis Regularibus quoad proprios subdi-
tos quantum ad Sacramentum pénitentiarum, ut legenti patebit:
& videri posse catalogum privilegiorum Regularium, quæ Conc.
Trid.

Trid. revocavit, apud Portell. v. Trid. Conc. : apud Hieron. Rodr. res. i. 16. n. 15. ubi patet, dicta privilegia non esse revoata. Hæc Fel. Pot. Videre etiam potes dictum catalogum apud Don. de privil. tom. 1. tr. 11. q. 16.

Hic nota ex Fel. Pot. cum Caren., quod hæresis cum relapsu est, quando quis reincidit in eandem hæresim, quam prius in Sacro Tribunal de vehementi abjuraverat.

5. Dictus Sextus IV. concedit, ut ipsi Prælati possint a Fratribus, quos pro tempore habuerint in Confessarios, pariter a premissis absolviri, ut refert Fel. Pot. cit.

Et dictum privilegium Sixti IV. pro Fratribus Prædicato-ribus, & Minoribus, cum non distinguat de casibus publicis, & occultis, nec de foro interno conscientiæ, videtur, ait Fel. Pot., comprehendere etiam casus publicos, & pro utroque foro: ex Bord. Rodr. Peyrin. la Cruz, Dian. Hæc Fel. Pot. Sed sufficiat, quod valeat pro foro interno. At vide n. 14.

6. Eadem sententiam, etiam de casibus publicis, tenent Salm. tom. 4. tr. 18. c. 6. p. 2. num. 143., exceptis quatuor ilis, ut hic n. 4. in medio: & Bullam cœnæ ipsi Salm. loc. cit. explicant de Regularibus in ordine ad sacerulares.

7. Hanc sent. tenet etiam Donat. tom. 5. tr. 13. q. 17. pro foro conscientiæ, non pro foro contentioso, quoad casus Bullæ cœnæ etiam publicos; quam sententiam, dicit, fulciri, nedum auctoritate tot DD., sed ratione, quia multa extant Regularium privilegia, quibus eorum Prælati datur facultas absolveendi subditos a casibus Papæ reservatis etiam in Bull. cœnæ, exceptis quibusdam, (ut n. 4. & 8.), ut in Mari Magno Prædicatorum a Sixt. IV. ann. 1479., & in allis privilegiis, quæ refert loc. cit. Et fusiūs tom. 2. tr. 11. q. 17., & 18. idem defendit etiam de hæresi etiam cum relapsu ex privilegio Greg. XIII. ann. 1588. Generali societatis. Ad Bullam cœnæ, & alias Bullas, & decretis dicit, intelligi de casibus publicis, vel in ordine ad sacerulares.

Et de hæresi occulta tenet Rodr. Peyr. cum Fill., & Fragos. Bauny cum Candid. Sanchez, Rodr. Bord., & aliis apud Salm. loc. cit. num. 75.

8. Dicta valde roborantur ex declaratione Julii II. in Bulla Exponi, apud Rodr. in Bullar., ubi Pontifex circa dubium ei propositum a Thoma de Vio Generali Prædicatorum, postea Car-

dinali de Vio circa eorum privilegia in conflictu Bullæ cœnæ, respondet, & decernit, quod illi, quibus in prædicta declaratio-
ne (in Bulla scilicet Sixti IV.) concessa est potestas absolvendi,
& dispensandi, licite possint perpetuis temporibus absolvere, &
dispensare ab omnibus, & singulis, ac si prædicta Bulla in Cœna
Domini non esset facta, nec fieret, præterquam a conspiratione
in Roman. Pontificem, & ab illis, propter quæ prædictus Pon-
tifax prædecessor declarando voluit ad eandem Sanctam Sedem
etiam recurrendum, &c. ut hinc n. 4.

Novissime Bened. XIII. per Bullam Præiosus' privilegia
Prædicatoribus concessa, ut possent absolvere suos subditos a
casibus Bullæ cœnæ, retulit, confirmavit, innovavit, & de novo
concessit, ac decrevit, ipsos posse absolvere ab omnibus casibus,
& censuris Sedi Apost. , etiam per Bullam cœnæ reservatis, exce-
ptis illis, quos Sixt. IV. & Jul. II. excipiendo fore voluerunt:
& plura alia statuit. Sed deinde Clem. XII. talem Bullam Præ-
iosus reduxit ad terminos juris com.

Hic nota, quod absolutio quoad hæresim solum dari potest
pro furo interno, ut notat etiam Fel. Pot. fol. 366., quia pro fo-
ro externo Prælati Regulares non possunt procedere in causis ad
S. Officium spectantibus ex decr. Paul. V., & Alex. VII.; hæc
autem sunt valde diversa, forum scilicet internum, & exter-
num: & patet hæc doctrina cum ex privilegiis Pontificum con-
cedentium absolutionem hæresis, cum ex DD. talem absolu-
tionem posse dari affirmantibus ob privilegia.

9. Nota etiam cum Fel. Pot. cit., quod Prælati Regulares po-
testatem a prædictis casibus absolvendi, & super eis respective di-
spensandi possunt alteri generaliter delegare, quia est potestas
ordinaria, cum perpetuè sit affixa eorum officio; omnis autem
jurisdictionis ordinaria potest delegari, ut communiter docetur, nisi
quoad hoc adsit limitatio, & coarctatio in ipsis privilegiis; que
tamen non adest in privilegiis cit.

10. Notat insuper Fel. Pot. cum Melphi, quod Prælati Regu-
lares possunt suos Subditos absolvere, & dispensare etiam extra
locum suæ jurisdictionis. Ut autem Confessarii absolvant, &
dispenserent, requiritur generalis, aut specialis deputatio a Supe-
riore, ut patet etiam ex ipsis privilegiis. Et ita Fel. Pot. Lez. & alii.
Pro absolutione a reservatis pro ipsis Prælati vide cap. 3. n. 81.

11. Sed

11. Sed aliqua in specie sunt dicenda pro nobis circa principalem propositam quæstionem, & simul inseruent pro aliis Religionibus nostra privilegia participantibus.

12. Igitur nostri Prælati possunt absolvere suos subditos a casibus Bullæ cœnæ, non solum per generalem participationem dictorum privilegiorum, ut supra, sed per specialem communicationem: & primò, quia Canonici Regulares Lateranenses participant privilegia Cassinensium, & Congregationis Canonorum Regularium Salvatoris Bononien. ex Const. 33. Greg. XV. Injuncti nobis, anno 1622., quæ in nostro Bullario habent fol. 377. tenoris sequentis.

13. Præterea eidem Congregationi Lateranensi, illiusque Abatibus, Superioribus, Canonicis, aliisque personis, quod in omnibus, & singulis aliis privilegiis (hic dicit, aliis, quia in §. antecedenti expresserat aliqua privilegia), & gratiis, & indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus, tam eidem Congregationi Cassinensium in hunc usque diem, quam Congregationi Canonorum Regularium S. Salvatoris Bononiensis, illorumque Abatibus, Superioribus, & personis quibuscumque, etiam ut praefecti, aut alijs quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per Nos concessis, ac quibus utiuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possint, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo similiter sint in usu, & non sint revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, nec Sacr. Canon., ac Concilii prædicti decretis, aut Const. Apostolicis repugnant, pari modo uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore presentis, etiam concedimus, & indulgemus. Non obstante nostra de gratiis ad instar non concedendis, aliisq. Const. &c.

14. Porro Pius V. in Const. Dum ad Congregationem Cassinensem anno 1571., quæ in Bullario Romano est Const. 129., habet. Concedimus Cassinensium Abbatibus, & Prælatis facultatem absolvendi Monachos, Conversos Commissos, & Oblatos, & tam professos, quem Novicijos in ea tamen Religione perseverantes, ab omnibus, & quibusvis criminibus, censuris, & penitencie cursis, tam ante, quam post ingressum, ex quavis causa, & ob quomvis excessum publicum, vel occultum, etiamsi bomicidium voluntarium, sed mutilatio membra subsecutum, seu subsecuta

D^r 2 sue.

fueris, non tam post ingressum, etiam si fueris de casibus re-
servatis Sedi Apostolicae, vel comprehensis in Bulla co-
na, roties, quatuor opus fuerit (quoad reatum homicidii tantum
in foro conscientiae tantum) absolvendi, & liberandi, ac conce-
dimus facultatem reintegrandi in statum pristinum, ac eam, in
quo quomodolibet erant, & fuerant ante praemissa, & prosur
abolendi omniem maculam, sive notam inabilitatis, & infamie
inde quomodolibet insurgentium, secumque dispensundi, quod
non obstantibus praemissis, libere, & licite possint promoveri ad
Ordines, etiam Sacros, & Presbiteratus Ordines, atque praefici
Monasteriis dicta Congregationis in Abbates, Prioress, & Praela-
tors, munusque benedictionis suscipere, & tam illi, quam qui
jam ante, sive post praemissa fuerint promoti, etiam si scientes
suscepserint munus benedictionis irretiti irregularitatibus, inba-
bilitatibus, reatus, censuris, & paenit. vel aliis quibuscumque
criminibus scienter celebrassent misas, & alia divina officia, se-
mulve usi essent munere benedictionis, libere possint, & valcent
ministrare in ministerio altaris, & uti dicto munere, nec non re-
tinere quascumque Praelaturas, & officia, & exercere licite, &
libere possint, & valcent.

15. Statuentes, absolutiones, liberatives, reintegrationes,
dispensationes, necnon omnia, & alia singula, quo barum vi-
gore fient, & inde perpetud sequentur, &c. ita demum suffragari-
si, & dummodo donec viscerine in habitu, & professione regulari
ejusdem Congregationis virtutam Altissimo famulati fuerint, sub
obedientiaque Praelatorum, & Superiorum dicta Congregationis
permanescant.

16. Hic nota, quod nomine homicidii voluntarli venit ho-
mocidium illicitum, ut docet Rodr. & Bord. cum aliis de privile-
giis Regulatium.

17. An concessis casibus Bullæ coenæ, ut supra, non expri-
mendo haeresim, censeatur concessa absolutio ab haeresi, multi
negant, sed affirmant Dian. p. 1. tr. 5. ref. 1. & p. 5. tr. 12. ref. 3. 5.
cum Suar. Peys. de privil. tom. 1. Conf. 4. Sixti LV. §. 5. n. 20. Renzi
tom. 2. lib. 1. de Sacram. tr. 5. c. 4. q. 10. cum Dian. ex declaratione
S. Congregationis 17. Novemb. 1628. Et in famili de jubilæo La
Croix cum Fil. Léz. & aliis.

18. Sed ulterius nostri Prelati possunt absolvere ab haeresi, &

BAR

non sit cum relapsu , ut ex num. 4. , per participationem illius privilegii , & ut etiam infra , quia excipitur solum hæresis cum relapsu ; exceptio autem firmat regulam in contrarium . Quin etiam possunt absolvere ab hæresi cum relapsu , ut num. 14. ; de quo melius patebit num. 26.

19. Probatur 2. responso , quia Canonici Regulares Late-
ranenses participant privilegia Congregationis S. Salvatoris Bo-
noniensis , ut supra . At Jul. II. Const. Inter cæteros , anno 1512.
in nostro Bullario fol. 204. concessit dictis Canonicis Congrega-
tionis S. Salvatoris Bononien. multa privilegia : unde Pontifex
in dicta Const. pro dictis Canonicis S. Salvatoris ait : *Adiscien-
tes præterea, quod de cætero, non solum prædictis præminentissi-
mis privilegiis, & gratiis decorentur, quibus gaudent in genere, vel
in specie universi alii Canonicis, veram etiam omnibus, & singu-
lis privilegiis, immunitatibus, favoribus, indultis, & gratiis
spiritualibus, & temporalibus, per Nos, vel per quuscumque
Prædecessores nostros Romanos Pontifices, vel alias quomodalibet,
seu Sedem præfamat, tam præfato Ordini Canonicorum Regula-
rium S. Augustini, ac Congregationis de Frisonaria, alijs La-
teranensium, Ordinibusque Heremitarum, Minorum, Prædica-
torum, Carmelitarum, & Servorum B. Mariae, & alijs etiam
carudem Congregationum, & Ordinum membris, & illorum
personis, Monasteriis, & locis in genere concessis, & pro tem-
pore concedendis, quam etiam Congregationi Monachorum S. Ju-
stina, seu S. Benedetti Cassintensium, & ejus Monasteriis, locis,
membris, & personis habentibus concessis, ac illorum Ordinibus,
& Congregationibus, quibus per eandem Sedem concessura est,
dicta Congregationis privilegiis posse gaudente in omnibus, & per
omnia, absqueulla prorsus differentia, perinde, ac si ea ipsi Con-
gregationi Canonicorum Regularium S. Salvatoris specialiter,
& nominatim concessa fuissent; quorum tenores sic pro sefficitu-
ter expressis buberi volumas, & non secus, ac si presentibus de
verbo ad verbum inserentes, & qua ad ipsam Congregationem
S. Salvatoris, & ejus Moniales, sive Sorores, ac personas
oblatas, & commissas utriusque sexus, quia sub illius Congrega-
tionis curâ sunt, in illis videlicet que ipsis coaptari possunt, ex-
tendit, ac illa jampari modo cum prædictis comprehendere vola-
mus, atque decernimus, cum ipsam Congregationem S. Salva-
toris*

oris censeamus meritum, &c.

20. Statimque similiter, ut omnes, qui Religionem, locam, vel Ordinem alium quemcumque, etiam artiorem ingredi volunt, tali voto non obstante ad Congregationem, & Ordinem praedictos, illorumque professionem libere, & licite ingredi, & ibi recipi, & admitti valeant, superque omnibus aliis votis (praeclaro Religionis dumtaxat excepto) cum illis, et cum omnibus aliis, ipsum Congregationem Altissimo simulaturis ingredi voluntibus, etiam dispensari possit, ac a quocumque excommunicationis vinculo, injuncta eis juxta eorum facultates restitutio ne, & penitentia salutari, tanquam usi ex Canonice Congregationis hujusmodi absolutionis beneficium impendi; ita tamen, quod si ante professionis emisionem discernerint, in eandem excommunicationem ipso facto reincident.

21. Priorique Generali, & Visitatoribus, ac singularis Praelatis dicta Congregationis, & qui loco eorum constituantur, praesentes, & futuri, concedimus, ut cum Canonice, Novitie, Conversis, & Commissis ejusdem Congregationis dispensatione indulgentibus, sive priusquam intraverint Congregationem, sive post, ac Monialibus, sive Sororibus, & Oblatis, seu Coramissis personis utriusque sexus, quantum curava, ut premititur, gerunt, in casibus, quibus exceperint, & pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut suspensionis sententias a jure, vel ab homine generaliter promulgatas incurrerint, & hujusmodi sententias innotari, aut in locis generali, vel speciali ecclesiastico suppositis interdicto divina Officia celebrantes, vel suscipientes Ordinem, sic ligati irregularitatis simileer incurriscent, & in omnibus aliis casibus, etiam ex causa cuiuscumque simonia, qualitercumque generaliter, vel specialiter Sedi praedictae reservatis (exceptis dumtaxat hereticorum relapsorum, schismatistarum, defor- renium prohibita ad infideles, & literas Apostolicas falsificans), quos omnino ad eandem Sedem missi volumus) absolutionis, & dispensationis beneficium juxta casuum exigendum valent impartire. Canonici vero, & alii, quos pro tempore Prior Generalis, Visitatores & Praelati praediti in propriis habuerint Confessores, eidem Priori Generali, Visitatoribus, & Praelatis absolucionis, & dispensationis hujusmodi beneficium etiam concedere possint.

22. Capientes etiam, &c. pariter (intellige Canonicis) concedimas, ut liceat ipsis, necnon Conversis, Commissis, & Novitissimis, ac Monialibus, sive Sororibus, & Oblatis, seu Commissis personis prædictis utriusque sexus presentibus, & futuris semel in vita, & in mortis articulo, quemcumque Presbyterum ex Canonice presaræ Congregationis, in casu vero necessitatibus aliquum Presbyterum idoneum, tam factarem, quam cuiusvis alterius Ordinis Regularium in suam eligere Confessorem, qui confessionibus bujusmodi diligenter audiens, pro commissis per eas crimibus, delictis, & peccatis in omnibus, & singulis, etiam Sedi Apparicula reservatis casibus debitam absolutionem, & plenariam omnium peccatorum suorum remissionem posse auctoritate nostra impendere, & paenitentium injungere salutarem: Ita tamen, quod quilibet etiam ex confessoriis bujusmodi, postquam Congregationem ipsam fuerit ingressus, & antequam ad articulatum mortis deveniat, teneatur, si Clericus, vel Presbyter fuerit, septem Psalmos paenitentiales, si vero Conversus, vel Commissus fuerit, vel alia persona ex prædictis utriusque sexus, qua ipsos Psalmos paenitentiales legere nesciret, quinquagies orationem Dominicam, & rotidem Salutationes B. Virginis, singulis septimanis, per annum annū dimitas, pro conservatione status Romana Ecclesie, legitimo tamen cessante impedimento, dicere; & omittentes alia vice supplere teneantur; ac possint, dicendo quinquaginta vicibus dictos septem Psalmos paenitentiales communiter, vel divisiim bujusmodi debito in integrum satisfacere: & se interim aliquem post inceptam, & non perfectam paenitentiam bujusmodi ab hac luce migrare contingat, ipse nibilominus plenariam remissionem consequatur, dummodo intentionis fuerit, illam, si supervixisset, perficiendi.

23. Aliqua notabilia pro dicto privilegio vide §. 6. nos.

24. Probatur 3. responsio, quia Canonici Regulares Lateranenses, nedum generali communicatione, sed etiam speciali ex Bulla S. Pii V. Et deinde: sub dīc 1. Septembre 1577:, ut in nostro Bullario fol. 295. participare non solum omnia privilegia, que ipse S. Pius V. concessit Mendicantibus per Bullam Etsi Mendicantium, ut in nostro Bullario fol. 286., sed etiam alla privilegia eisdem Mendicantibus per ipsum, vel per alios Romanos Pontifices concessa. Unde ex speciali concessione possunt absol-

vēre

vere subditos a casibus Bullæ cœnæ per privilegia Mendicantium relata §.4., ut melius videbitur infra.

25. Hic notandum, quod postea idem S. Pius V. Constit. 133. Romani anno 1571., & Gregorius XIII. Constit. 9. In tanta, revocavit, seu potius moderavit privilegia ab ipso Pio V. concessa, & reduxit ad terminos juris communis, & Conc. Trident. Unde privilegia, quod Lectores, aut in Theologia graduati posse secularium confessiones audiire non examinati, nec approbatib; ab Episcopo, & privilegium de Confessoribus Monialium, quæ degunt sub cura Regularium, quod non deberent examinari ab Episcopo, & similiter aliud etiam privilegium, quod Regularis admissus semel in una Diœcesi, non tenetur amplius in eadem examinari, vel presentari, sunt sublata per Bullam Clementis X. Superni, de qua vide in §.3. n.3.

26. Igitur Praediti Lateranenses possunt absolvere suos Subditos a casibus Bullæ cœnæ, nullo excepto, etiamsi sit heres cum relapsu, ut in Genili docent. Salm. de privil. tom. 4. tr. 18. num. 111. ex amplissimo (inter alia) privilegio Cassioensium, ut hic §.4. n.14.; nam licet in generali concessione non veniant ea, quæ speciali meations digna sunt, seu quæ Princeps rogatus, non effet verisimiliter concessurus, hæc tamen regula non valeat, quando adducuntur aliquæ particulæ magis ampliatives, ut si dicatur, *absolvas a quacumque censura, vel dispenses ab omni irregularitate, quavis occasione, aut causa contraria, quia verba adeo generalia ampliant dispositionem ad omnia.* Ita Salm. cit. c.4.num.115. cum Rodr. Mart. a S. Joseph. Ant. a Sp. S. Lez. tom. 3. n. Irregularitas n.72.

§. V.

De absolutione ab aliis casibus, &c censuris extra Bullam cœnæ.

1. **E**X dictis supra satis patet, posse Praeditos Regulares absolvere suos subditos a sex casibus Papæ reservatis extra Bullam cœnæ (quos vide §.8.n.2.), & ab omnibus aliis casibus

bus Papæ reservatis, quia ex supra positis privilegiis a §. 3. habetur, quod possint absolvere suos subditos a quibusvis casibus, & censuris Papæ reservatis etiam in Bulla cœnæ. At dictio, etiam, est implicativa, & ampliativa, unum casum exprimens, & alium includens. Læz. tom. 3. v. Dictio n.20. cum Peyr. Barb. Ergo per dicta privilegia habetur, quod possint absolvere ab omnibus aliis casibus Papæ reservatis extra Bullam cœnæ. Tum quia, cum Prałati Regulares habeant jurisdictionem quasi episcopalem, possunt absolvere suos subditos ab omnibus casibus, & censuris Papæ extra Bullam cœnæ reservatis, & a non reservatis. Ita Salm. tom. 4. de privil. c. 4. p. 1. n. 2. & fusiūs tom. 2. c. 10. c. 2. p. 6. a n. 72. cum pluribus DD. Vide etiam §. 6. n. 21.

2. Sed quia de aliquibus casibus, licet in Bulla cœnæ non reservatis, posset esse aliqua difficultas, ob majorem claritatem dico, quod Prałati Regulares possunt absolvere subditos utriusque sexus ab excommunicatione Sixti V. contra procurantes abortum. Pro quo nota, quod Sextus V. per Bullam 87. Effec-natam anno 1588. contra procurantes abortum fœtus, sive animati, sive inanimati, effectu secuto, & contra cooperantes consilio, favore, potionē, maleficio, aut alio modo, tulit excommunicationem late sententia Papæ reservatam, comprehendendo etiam Regulares, non obstante quocumque privilegio, etiam Marii Magni, ultra pœnam privationis officii, beneficii, cuiuscumque dignitatis ecclesiasticæ, & inhabilitatis ad alias obtinentias, ipso facto incurriendam. Sub iisdem dictis pœnis, & sub excommunicatione Papæ reservata prohibet pocolum sterilitatis in fœminis, vel quocumque in ipsis generationis impedimentum. Sed quoad sterilitatem Gregorius XIV. hoc reduxit ad terminos juris communis, ut notat Anacl., & quantum ad abortum, si fœtus est animatus, & effectus est secutus, idem Gregorius, relinquens omnes pœnas relatas, substitulit reservationem excommunicationis Papæ, & illam reservavit, seu commisit Episcopis, vel Confessoribus ab ipso ad hoc deputatis; quod tamen non fecit pro Regularibus. Quid si fœtus non est animatus, vel effectus non est secutus, dictus Gregorius substitulit omnes pœnas Sixti V., etiam excommunicationem. Et idem est de procurante sterilitatem fœminæ, vel quomodolibet in ipsa generationem impidente, ut notant Salm.

E

Et

Et probatur 1. quia Praelati Regulares id possunt quasi jure communi, ut notat Lez. tom. 3. v. Abortus n. 8. cum Suar. & Don. tom. 1. de privil. tr. 13. q. 17. n. 15., quia Praelati Regulares eo ipso, quod habent jurisdictionem quasi Episcopalem, possunt cum suis Subditis quicquid possunt Episcopi cum suis; & sic possunt absolvere suos subditos a censuris Papæ reservatis, quæ in jure sunt commissæ Episcopis; at talis est hujusmodi excommunicationis, quæ a Sixto V. erat Papæ reservata, sed commissa est Episcopis a Gregorio XV. Ergo quando dictum est occuleum, possunt absolvere a casu abortus.

3. Probatur 2. quia licet Sextus V. abstulerit quoad excommunicationem pro abortu omnia privilegia Regulagium, Clemens VIII. per Bullam Ratio Pastoralis anno 1597. ex certa scientia restituit omnia privilegia trium Ordinum S. Francisci utriusque sexus, eam propria, quam per communicationem inter se, & cum aliis Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, per suos prædecessores Pontifices eis concessa, in his omnibus, in quibus decretis Conc. Tridentini non adversantur. Et quia revalidatio, seu confirmatio privilegiorum ex certa scientia æquivalet novæ concessioni, immo dicitur nova gratia, nonnumque privilegium, ut §. 1. n. 27. dictum est, sequitur, quod omnes aliae Religiones habentes communicationem privilegiorum in concessis, & concedendis cum Ordinibus S. Francisci, (de quo vide §. 1. n. 18.) sive immediate, sive mediate, ut §. 1. n. 17., participant dictam revalidationem privilegiorum trium Ordinum S. Francisci, & per consequens etiam pro absolutione excommunicationis pro abortu. Dicta valere etiam pro foro externo infert Roderiqu. cum Bord. ex revalidatione Clem. VIII.

4. Similiter Praelati Regulares possunt absolvere suos subditos ab excommunicatione, & suspensione contra simoniacos ordinantes, & ordinatos. Pro quo nota, quod Sextus V. in Bulla 91. Sanctum annum, anno 1588. tulit multas pœnas privationis, inhabilitatis, suspensionis, &c. contra male promoventes, & promotores ad Ordines, etiam ad primam consuram contra decreta Conc. Tridentini, scilicet furtive, ante actatem, per saltum, sine titulo, &c. cum pœna irregularitatis, si in Ordine sic suscepto ministraverint: quas omnes pœnas reservavit Papæ, non obstante quocumque jubilæo, & non obstante quo-

quicunque etiam privilegio, etiam Maris Magni quoad Regulares pro suis subditis: quas omnes penas adjectit simoniae collationi, & susceptioni Ordinum, etiam primæ consuræ; ultra alias censuras prius inficias, quibus noluit derogare. At Clemens VIII. per Bullam 40. Romanum annum, anno 1595 moderavit, & reduxit Bullam Sixti V. ad terminos iuris communis Conc. Trident., & ad Bullam Pii II. Cum ex sacerdotum Ordinum, quoad male promoventes, & promptos; sed contra simoniace ordinantes, & ordinatos penas voluit in suo robore permanere, & contra simoniace ordinantes posuit etiam interdictum ab ingressu Ecclesiarum Papæ reservatum. Ec.

Probatur responso iisdem rationibus, quibus num. antecedenti probata fuit responso de aboete. Et ita Fel. Pot. fol. 368. a. n. 3438. cum Rodriq. & Portel.

5. Prælati Regulares possunt absolvere suos subditos ab excommunicatione Canonis ob percussionem etiam enormem, quasi ex jure communi, ut n. 2., quando delictum est occultum: & sequitur a fortiori a privilegiis supra dictis, cum possint etiam absolvere a casibus Bullæ cœnte: & quia inger casus a Pontificibus exceptos, ut §. 4. num. 4., non numeratur percussio. enormis; exceptio autem firmat regulam in coattarium. Et ita Fel. Pot. fol. 387. cum Lez. tom. 4. v. Clericus n. 16. Tamb. de jure Abb. Sorb. Amendol. tom. 2. de sacram. pœnit. fol. 373. cum aliis. Prælati autem Lateranenses præter privilegia Regularibus communia habent speciale privilegium ex Gassinenibus, ut §. 4. num. 1. Et nota, quod ratione privilegii Gassiniuin potest dari absolutio etiam si delictum se publicum.

6. Moniales exemptæ etiam absolvuntur a suis Prælatis Regularibus, vel ab aliis ex eorum commissione a prædicta excommunicatione, tum quia privilegia Regularibus concessa communicantur eorundem Monalibus, ut §. 2. n. 7.; tum ex speciali, & amplissima privilegiorum concessione pro nostris Monalibus, ut §. 4. n. 21.; tum demum ex Bulla aurea Sixti IV. concedentis: Ut Moniales, & tertii Ordinis Sorores existentes sub cura Fratrum Prædicatorum, & Minorum respective, possint, & debeant libere, & licite uti in omnibus, & per omnia privilegiis, immunitatibus, gratiis, favoribus, concessionibus, facultatibus, & indulsiis spiritualibus, & temporalibus præfatis.

Ordinibus Prædicatorum, & Minorum concessis, quatenus earum sexui, & statui non contradicant. Et quod privilegia Monialium nostrarum, & aliarum existentium sub cura Prædicatorum, & Minorum, ut supra, participantur a Monialibus aliorum Ordinum communicationem habentibus, paterat ex §. 2. num. 7. & 8.

Immo, quod Prælati Regularis possint de Papæ reservatis absolvere Moniales sibi subjectas etiam diversæ regulæ, & tam secundi, quam tertii Ordinis collegialiter, & sub professione trium votorum substantialium viventes, docent DD. apud Fel. Pot. fol. 366. n. 3425. ex privilegio Sixti IV. in Bulla Sacri, anno 1479. ubi eis concedit communicationem omnium privilegiorum, quatenus earum sexui non repugnant. Ceterum generaliter loquendo, an Moniales unius Ordinis subjectæ Religiosis alterius Ordinis, vel Episcopo, gaudent privilegiis suorum nec Ordinum, vel aliorum, dependet ex tenore privilegiorum. Si enim privilegium est pro Monialibus unius Ordinis existentibus sub cura Religiosorum ejusdem Ordinis, tales Moniales, si existant sub cura Religiosorum alterius Ordinis, non gaudent tali privilegio; gaudent verò iste Moniales, si in privilegio non adsit clausula illa, sub cura Religiosorum ejusdem Ordinis, &c.

7. Et Apud Fel. Pot. loc. cit. Passerini. Rodr., & alii tenent, Prælatos Regularis absolvere posse suos subditos ob percussionem etiam enormem Clerici Secularis, quia privilegia Regularium, maxime Bonif. IX. pro Ordine Prædicatorum, hanc dant facultatem absque limitatione.

8. Sed, quod debet absolvere Episcopus, ex c. Religioso in 6., vel Papa ex c. Cum illorum, docet Fel. Pot. loc. cit., & Lez. tom. 4. v. Clericus n. 12. cum Tolet., & Tamb. Addit tamen Fel. Pot., quod possit absolvere Prælatus Regularis de licentia Episcopi.

9. Quod si Religiosus unius Monasterii percutiat alium alterius Monasterii, sive sint Monasteria ejusdem Ordinis, sive diversorum, percutiens debet absolvi ab utroque Superiori ex c. Cum illorum. Lez. loc. cit. cum Sylv., & Tamb. Potest tamen Superior offensi akeri Superiori percussoris suas vices committere, cum habeat auctoritatem ordinariam. Lez. loc. cit. cum Sylvest., & Fel. Pot. loc. cit. n. 3587.; ubi notat cum Gabas., & aliis, quod pro

pro foro externo absolutio , & executio pena debet fieri a Superiori percussoris cum assistentia , & consensu Superioris offendit nisi hic committat , ut supra . Si autem dicti Religiosi mutuò se percusserint , potest quilibet Superior suum subditum ex se absolvere , quia injuria compensatur . Fel.Pot. loc.cit.com Alar.

10. Quantum ad violationem clausuræ Religiosorum , & Monialium varie sunt excommunicationes Papæ reservatae ultra alias non reservatas . Et in primis quantum ad ingressum adest Bulla S. Pii V. Regularium personarum anno 1566. revocans omnes licentias mulieribus concessas ingredieendi Monasteria , ac Domos Religiosorum , & illis præcipit sub excommunicatione Papæ reservata , ne prætextu licentiarum dietas Domos , & Monasteria ingredi audeant ; ipsis vero Monasteriorum , & Conventuum Abbatibus , Præpositis , Prioribus , & aliis Præsidentibus , & eorum Monachis , Canonicis , & Fratribus sub privationis officiorum , quæ in præsenti obtinent , & inhabilitatis in posterum ad illa , & alia omnia , & suspensionis a divinis ipso facto sine alia declaracione incurris pœnis , ne eas introducere , admittere , presumant . Quam Bullam idem Pius V. declaravit , & dixit , suam intentionem fuisse in priori Bulla comprehendere mulieres præsumentes ingredi absque prætextu licentiarum , ut apud Bon. de clausura q.5.p.3. & apud Don.tom. i.de violata claus.cr.4.q.3. ubi videbis plures casus , in quibus mulieribus licet ingredi clausuram Religiosorum . Et ex eodem q. i 8. cum Sorbo , & Feflo , sicut etiam ex Bon.loc.cit.p.1. cum Sorb. Sanch. Coriol. Infirmariæ , seu Domus deputatae pro infirmis , vel pro Religiosis hospitibus , non sunt subjectæ clausuræ , quia non veniunt nomine Monasterii , cum non habeant Conventum , & Ecclesiam . Idem dici posse ait idem Bon. de illis Domibus , in quibus in forma Conventus , seu Collegii non vivitur , nec ibi est Ecclesia cum Eucharistia instar aliorum Monasteriorum ; ita enim Domus potius Hospitiu , quam Monasterii rationem habere videtur ; nisi tamen tales domus alias subjectæ fuerint clausuræ ; quia adhuc clausuræ subjectæ sunt , etiamsi hoc tempore incuria Religiosorum inhabitantium in forma Conventus in illis non vivatur .

Et circa dictam Bullam S. Pii V. nota , quod ibi prohibetur ingressus in Domos , & Monasteria ; sed dictiones Domos , & Monasteria ad idem significandum adhibentur , vel ad magis declarandum,

dum, non autem ad significandum, quod Domus ruficæ, & alia loca a Monasterio separata subjiciantur clausuræ. Bon. cit. cum Cened. Gonzal. & aliis.

11. Et loquendo de Religiosis, & de Monialibus generaliter, & quoad ingressum adeat etiam Bulla Greg. XIII. ubi gratias anno 1575. per quam Pontifex revocat, & aboleat omnes licentias ingrediendi Monasteria, Domos, & loca Monialium, ac etiam Virorum quibusvis mulieribus, ac omnes licentias ingrediendi Monasteria, Domos, & loca Sanctimonialium quibuscumque Viris a Pontificibus, Sedis Apostolicæ Legatis, aut aliis confessis, inhibendo eisdem, qui illas obtinuerunt sub excommunicationis pœna ipso facto incurrienda Papæ reservata, ne ipsorum licentiarum praetextu Monasteria hujusmodi ingredi audiant; Abbatissis vero, necnon Abbatibus, Conventibus, ac aliis Monasteriorum utriusque sexus Superioribus, & personis, quocumque nomine vocentur, præcipit sub eadem excommunicationis pœna, necnon privationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtainenda, ne in Monasteria, Domos, & loca sua quenquam praetextu hujusmodi licentiarum ingredi faciant, vel permittant. Sub iisdem pœnis ipso facto incurriendis prohibet omnibus personis Ecclesiasticis Secularibus, ac Regularibus, ne praetextu licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessariis tantum ex decr. Conc. Trid. tribuitur, Monasteria Monialium pro libito, sed necessitate urgente duantur ingredi, nèye Moniales sub eisdem pœnis illas aliter admittere præsumant.

Hic nota, quod admittere aliquem in Monasterium idem est ac directe, vel indirecte cooperari ingressui, exercendo actionem positivam, vel negative se habendo, si is ex officio impedit tenetur, ut est Abbatissa, Portinaria, &c. Bon. loc.cit.p.6.prop.2. n.11. cum Suar. Mirand. Sanch.

12. Adeat excommunicatio Papæ reservata lata a Clem. VIII. anno 1602. per decr. relatum §.8.n.2.contra violantes clausuram Monialium ad malam finem, videlicet ad explendam libidinem, ut notant Don., & Fel. Pot.

13. Paulus V. per Bullam Facultatem anno 1608. explicat, & restringit licentias mulieribus concessas ingrediendi Monasteria

ria Monialium; & aliter facientes subjicit posnis a Conc. Trid., & Apostolicis Const. infictis contra ingredientes septa Monasteriorum Monialium absque licentia. De hac Bulla nihil hodie occurrit dicendum, quia dictæ veræ licentiae sunt sublatæ ab ipsomet Paulo V., qui per Bullam Monialium statui anno 1612. revocat licentias omnes ingredienti Monasteria Monialium mulieribus secularibus sub excommunicatione Papæ reservata, ne prætextu licentiarum Monasteria predicta ingredi audeant. Ipsorum vero Abbatissis, seu Priorissis, ac Superioribus sub eadem posna, ac privationis suorum officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda ipso facto sine alia declaratione incurriendis pœnis, ne eas introducere, seu admittere, vel admissas quoquo modo retinere audeant. Hæc Bulla coincidit cum illa Greg. XIII. libi gratiæ, ex parte; id quoque hanc de illa discurrendum esse, ait Fel. Pot. fol. 375. n. 3499.

14. Urb. VIII. per Bullam Sacro sanctum anno 1624. statuit Camitaque plures licentia Monasteria Monialium ingredienti diversi mulieribus secularibus concessæ fuerint, &c. Nos omnem dubitandi materiam, quæ saper modo consensam bujusmodi praestandi forsitan oriri posset, e medio tollere. volentes, &c. declaramus, consensum dictarum Monialium de cetero per easdem Mogiales capitulariter, & per secreta suffragia praestandum esse, & praestari debere; alias licentias bujusmodi mulieribus, quibus concessæ fuerunt, nullatenus suffragentur. Et quæ Sanctimoniæ Monialium Monasteria vigore licentiarum predictarum absque consensu capitulariter, ut praefertur, praefito, ingredi presumperint, sententias, censuras, & penas contra clausuras Monasteriorum Monialium violantes infictas se soverint incursum.

15. Et de omnibus his excommunicationibus Papæ resolutis Prælati Regulares possunt (in foro conscientiæ tantum) absolvere suos subditos. Don. tom. I. p. 2. de viol. claus. tr. 4. q. 30. qui primò id probat, quia dicti Prælati habent jurisdictionem quasi episcopalem in suos subditos; & sic possunt quoquid possunt Episcopi in suos. Et ita etiam Alias c. 7. §. 11. quest. 11. Deinde Don. probat etiam si dictæ censuræ deducuntur sive ad forum contumelium, cum Sanch. Bord. & pluribus aliis ex privilegio Pili V. pro Prædicatoribus anno 1571. (quamvis, quantum est ex hec privilegio, Superiores debeat per seipso absolvere): & ex tot-

pri-

privilegiis, quae (sicut) summam refert Jo: Cruz. Et ex privilegiis ita tenet etiam Lez. tom. 3. v. Clausura n. 35. Alinas cit. Fel. Pot. a fol. 360. a n. 3372. & præsertim n. 3492.

16. Sunt & alia excommunicationes, sive generaliter, sive pro particularibus Ordinibus; sed non sunt Papæ reservatae. Verum contra præsumentes ingredi Monasteria Monialium S. Claustræ edita est excommunicatio Papæ reservata a Greg. IX. & Eug. IV. Et de hac possunt Prælati Regulares absolvere suos subditos, ut num. 14.

Hic bene notandum, quod facultas absolvendi de casu Papæ reservato violationis clausuræ Monialium ad malum finem ablata fuit a Regularibus per Clem. VIII. quantum ad pœnitentes seculares, non quantum ad eorum subditos, ut bene notat Lez. cit. cum Peyr., & clare patet ex §. 8. a n. 1.

17. Seculares de excommunicationibus a n. 10. dictis Papæ reservatis possunt in casibus occultis absolvvi ab Episcopo vigore Trid. ses. 24. c. 6., ut etiam notat Fel. Pot. fol. 374. n. 3492. & Don. loc. cit. q. 33. Quod possint etiam absolvvi a Confessariis Regularibus virtute privilegiorum, excepto tamen casu violationis clausuræ Monialium ad malum finem, in foro tantum conscientie, etiamsi dictæ excommunicationes sint publicæ, vel deducitæ ad forum contentiosum, docet Fel. Pot. loc. cit. cum Don. Peyr. & multis: Peyr. tom. 1. de subdito in append.: Don. loc. cit. q. 34. de ingressu mulierum in Monasteria Religiosorum, cum Sanch. Rodiq. Bon. Alphons. de Leone, præsertim ex privilegio Pauli III. & aliis; si qua sint, quia facultas, de qua agitur, ibi conceditur illimitate, non cum limitatione, si delictum est publicum, aut deductum ad forum contentiosum: & ubi lex non distinguunt, neque nos distinguere debemus. Immo quando Pontifex vult facultatem limitare, dummodo crimen non sit publicum, vel deductum ad forum externum, id solet declarare. Vide §. 8. n. 4.

18. Præter excommunicationem sunt alia pœnæ contra personas Ecclesiasticas Seculares, & Regulares ex dictis Bullis; quæ tamen non sunt reservatae, ut ex ipsis Bullis patet; & ideo de illis possunt dispensare pro utroque foro quoad suos subditos Episcopi, & Prælati Regulares. Fel. Pot. fol. 374. n. 3494. cum Rodriq. Et de Prælati Regularibus quoad suos subditos pro foro conscientie, etiamsi pœnæ supra dictæ deductæ fuerint ad forum con-

contentiosum, ita docet Don. loc. cit. cum Sanch. & pluribus aliis.
Vide §.6.n.21.

19. Quæ Alexand. VII. per Bullam Felici anno 1664. statuit super ingressu Superiorum, & Confessorum, atque super commemoratione Confessorum prope Monasteria Monialium sub pena excommunicationis ipso facto, privationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, vel alia, vide apud Fel. Pot. fol. 375.a n. 3501.

20. Quoad egressum Monialium a Monasterio pures sunt prohibiciones; sed præsertim S. Pius V. per Bullam Decori anno 1569. statuit: nulli Abbatiarum, Prioriarum, aliarum Monialium, &c. nisi ex causa magni incendi, vel infirmitatis leproæ, aut epidemiacæ; quæ tamen infirmitas, præter alios Ordinum Superiorum, quibus cura Monasteriorum incumberet, etiam per Episcopam, seu alium loci Ordinarium, tamen si prædicta Monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum jurisdicitione exempta esse reperiantur, cognita, & expreſſe in scriptis approbata sit, a Monasteriis præfutis exire, sed nec in prædictis casibus extra illa nisi ad necessarium tempus stare licere. Alter autem, quidm ut præfertur, egredientes, seu licentiam excedendi quomodo docamus concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices personas, sive laicas, aut facultates, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non, excommunicationis majoris latæ sententia vinculo statim eo ipso, absque aliqua declaratione subjacere, quo præterquam a Rom. Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi nequeant. Et insuper tam egressas, quam Prædentes, & alios Superiorum prædictos eis licentiam hujusmodi concedentes, dignitaribus, officiis, & administrationibus per eas, & eos, tunc obtentis privamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia in posteru[m] obtinenda inbabiles declaramus, &c.

21. Quod nomine epidemiacæ non solum intelligatur pestis, sed etiam aliis morbus contagiosus, qui solet aliis de familia periculum mortis afferre, docet Lez. tom. I.c. 25.n. 20. cum Rodriq. Sanch.. Bon. de claus. q. 1. p. 9. Mirand. tr. de Monial. q. 3. art. 5. concl. 3. cum Gutier.: La Croix lib. 4.n. 70. cum Sanch. Barb. Del Bene, & multis aliis. Immo la Croix cit. docet, licere egressum etiam ex alia simili causa tangentे bonum commune, in qua est eadem, vel urgentior ratio (non tamen si sit etiam urgentior causa, sed de bono privato, ut si aliqua Monialis ex suo morbo

esset moritura , quamvis , ait , plures in hoc probabilitate contra dicant , quia leges patiuntur ejusmodi extensionem ad casus similes : & citat plures cum Sanch. Barb. Castrop. Del Bene . Et ita etiam tenent plures DD. apud Alinas c. 7. §. 9. quæst. 2. ubi ipse explicat quandam declarationem S. Congr. circa hoc . Et Bon. de claus. q. 1. p. 9. cum Nav. Azor. Suar. Sorb. Llamas , Sanch. Rodriq. Casus similes sunt imminentis bellum , fluminis inundatio , ædificiorum ruina ex Nav. Barb. Bonac. apud Pasqual. Ego hoc unum scio , quod ita practicari videmus in hoc Regno in occasione periculosa terræmotus. *A flagello terræmotus libera nos Domine.*

Et per receptatrices personas intelligi illas , quæ suo comitatu , aut receptione cooperantur egressui Monialium , aut egressus perseverantiam fovent , non autem illas , quæ consanguinitatis , amicitiae , aut urbanitatis causa illas tantum comitantur , vel recipiunt post egressum illicetum , docet Fel. Pot. fol. 377. n. 3509. cum Pelliz. . Alinas loc. cit. quæst. 7. cum del Bene , Llamas , Rodriq. & aliis : quia hic comitatus , & recepicio demateriali se habet.

22. Pro absolutione excommunicationis Papæ reservata , & pro aliis poenitentiis non reservatis circa dictum egressum discendum est , ut a n. 15. dictum est circa ingressum. Insuper , quod Praelati Regulares possint de talibus excommunicationibus Papæ reservatis a n. 10. dictis absolvere suos subditos , & a dictis poenitentiis dispensare , patet ex pluribus privilegiis , tam pro nobis , quam pro aliis adductis in hoc ultimo cap. a §. 4. , in quibus , exceptis casibus , qui in illis excipiuntur , non adeat limitatio de absolutione , & dispensatione danda a Generali tantum , vel etiam ab aliis ab ipso deputatis tantum , aut pro tali anni tempore , omittendo alia privilegia , quæ cum dictis , vel cum aliis limitationibus afferit Lez. tom. 3. v. Clausura num. 20. relate ad cap. 18. in tom. 1.

23. Quæres. An in casu publico , quo excommunicationis Papæ reservata pro egressu a clausura sic incursa a Moniali , Episcopus possit Monialem de illa absolvere ratione impedimenti perpetui audeundi Pontificem ?

R. Negative ; cum enim S. Pius V. , qui jam sciebat , Moniales esse impeditas perpetua clausura , talem excommunicacionem

nem

dem specialiter, & expresse contra Moniales fulminayerit, & Papæ reservaverit, signum est, quod velit, eas recurrere pro absolutione ad Pontificem per literas, nuncium, aut procuratoremq; illas vana esset talis reservatio. Impedimentum autem perpetuum clausuræ in Monialibus solum favet, ut absolvi possint ab Episcopo ipsi illis casibus Papæ reservatis, in quibus absolutione reservatur generaliter pro omnibus Fidelibus, non specialiter pro Monialibus. Bon. de clausura q. i. p. 5. Fel. Pot. fol. 377. a n. 3512. Et idem ob eandem rationem dic de excommunications publice, incuria, & Papæ reservata contra Moniales admittentes, aut permittentes ingressum intra earum Monasteria, ut supra n. 11. & de excommunications publica Papæ reservata specialiter, & expresse contra mulieres ingredientes Monasteria Religiosorum, aut Monialium, ut supra. Et ita Fel. Pot. a fol. 377. a p. 3513., qui n. 3515. notat, posse Regulares pro Monialibus approbatos eas absolvere etiam in casibus publicis in foro tamen conscientiæ. Ita etiam Don. loc. cit. q. 33. de mulieribus ingredientibus Monasteria Religiosorum utrumque docet cum Sanch. Rodriq. Alphons. de Leon.

§. VI.

De facultate Prælatorum Regularium quoad dispensandum cum subditis in irregularitatibus, penitentia, &c.

1. P rælati Regulares possunt per privilegia dispensare cum suis subditis in omni irregularitate ex delicto, excepta irregularitate de homicidio voluntario, mutilatione, & bigamia vera, vel interpretativa. Lez. tom. 1. c. 18. n. 40. ex pluribus privilegiis. Fel. Pot. fol. 491. cum Ant. a Sp. S. Dian. Leand. &c. , & fol. 361. cum Suar. Rey. &c, ac specialiter ex Mari Magno Sixti IV. Regimini, anno 1474. pro Prædicatoribus, & Minoribus. Insuper Salm. tom. 2. cap. 7. n. 63., & tom. 4. tr. 1. 8. cap. 4. n. 24. cum Ant. a Sp. S. Bauny, Jo. a S. Th., Candid. affirmant de omnibus irregularitatibus, excepta illa de homicidio voluntaria.

sio, sicut possunt Episcopi; idque ex Bulla Pii V. 1571. pro Prædicatoribus (& idem est de aliis participantibus) & Gregorii XIII. pro Fratribus S. Bernardi. Et idem docet Lez. loc. cit. n. 31. ex dicto privilegio Pii V. in casibus occultis; sed quod Prælati perseipso dispensent.

2. Immo Lez. tom. 1. cap. 18. n. 40. docet, quod Prælati Regulares, cum ex jure communi habeant jurisdictionem quasi episcopalem, possunt dispensare in omnibus illis irregularitatibus, in quibus potest Episcopus. Episcopi autem possunt ex Trid. fes. 24. c. 6. de reformati dispensare cum suis subditis in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, & non deductis ad forum contentiosum, excepta irregularitate de homicidio voluntario.

3. Tandem, quod etiam ab homicidio voluntarii (injusti) irregularitate possint Prælati Regulares dispensare ex privilegiis, docent Lez., & Fel. Pot. cum aliis; & præsertim Salm. de censuris tom. 2. tr. 10. n. 17. cum Petrizi Ant. a Sp. S. Mirand. Portel. Leand., & pluribus aliis; idque docent, sive ante ingressum Religionis, sive post illum fuerit tale crimen commissum, dummodo fuerit occultum; quod Palaus apud dictos Salm. probat ex privilegiis Societatis, & Minorum, & Villal. probat ex privilegio Mart. V. Priori locali S. Benedicti Vallisoletani: de quo privilegio participant cæteri Prælati locales Religionum participantium, sicuti etiam cæteri Prælati Majores, ut notant Salm. loc. cit. cum Candid., & la Cruz. Sed et si homicidium voluntarium fuerit publicum, tametsi post ingressum, & professionem fuerit perpetratum, eadem docent ex privilegiis Pauli III., & Sixti V. pro prima tantum die lunæ Quadragesimæ (idest, ut ait Lez., prima feria Dominicæ secundæ Quadragesimæ). Salm. de censuris tom. 2. tr. 10. cap. 7. n. 59. cum Portel. Peyr. Bauny, Ant. a Sp. S. &c. sicuti etiam docent ex dictis privilegiis de omni irregularitate etiam publica, & notoria, etiam bigamia, & homicidij voluntarii in dicta die lunæ.

4. De irregularitate ex abortu factus animati imposita a Sixto V. & Gregorio XIV. possunt, etiam si publica sit, Prælati Regulares dispensare cum suis subditis eodem modo, ac de homicidio voluntario, & etiam in aliis pœnis pro dicto abortu, privationis officiis, beneficiis, &c. ab hisdem Pontificibus impositis.

ex

§.VI. De dispensat. cum subditis in irregularar. Et. 229

ex illisdem privilegiis adductis, & adducendis, ut docent Salm. de privil. tom. 4. tr. 18. c. 4. n. 29. cum Bord. Bauny, Ant. a Sp. S.

Hic nota, quod Confessarii Regulares, ut in irregularitatebus dispensant, debent a Superioribus ad hoc deputari, quia privilegia Superioribus, non Confessariis conceduntur.

7. Et nos, non solum participamus haec omnia privilegia dicta a n. 1. sed in specie participamus privilegia Cassinensium, & Congregationis S. Salvatoris Bononiensis, de quibus pro irregularitatibus, penit. &c. vide §. 4. n. 14. & 19.

8. Ex dictis sequitur, quod Praelati Regulares possunt dispensare in omni irregularitate, sive ex defectu, sive ex delicto, etiam in bigamia vera, interpretativa, & similitudinaria; & sive ex uno, sive ex alio privilegio etiam in homicidio voluntario ex pluribus privilegiis supra adductis, & ex aliis privilegiis apud Salm., qui haec docent tom. 2. tr. 10. c. 9. cum Peltz. Ant. a Sp. S. Leandr. Palae, Enriq. Machado. Et ita etiam Léz. tom. 3. v. irregularitas a num. 9.

9. Verum quantum ad irregularitatem ex defectu natalium, an, & quod illegitimi possint recipi in Religione, videre oportet in Statutis Religionis. Supposita autem eorum legitima receptione tollitur haec irregularitas per ipsam professionem in Religione approbata, quantum scilicet ad Ordines suscipiendos. Ita communiter DD. ex c. 1. de filiis Presbyterorum. Sed quantum ad dignitates, praesalias, & personatus, aut beneficia curam Animarum habentia indigent nova dispensatione, quia de Jure com. ad haec omnia promoveri non possunt ex c. 1. & fin. de filiis Presbyterorum. Léz. tom. 2. c. 14. num. 50. Peyr. tom. 2. q. 2. cap. 5. §. 9. cum pluribus DD.

10. Igitur illegitimus sine dispensatione non potest esse Generalis, Provincialis, Abbas, Prior, Guardianus, &c. quia hi sunt proprii Praelati, & curam Animarum habent. Don. tom. 2. de eligendis tr. 5. q. 24. cum Sylv. Mirand. Portet. Mirand. tom. 2. Q. 2. art. 8.

11. Nec potest esse Subprior, aut Vicarius, quia isti in aliquo caso possunt esse Judices ordinarii, & curam Animarum de perse habere, cum scilicet Prior, vel Guardianus abeat. Don. Mirand. & Peyr. ctc.

12. Multo minus potest esse Vicarius parvi Monasterii, ubi ob

ob paucos introitus non est Prioratus, quia is pariter est Ordinarius, & habet curam Animarum. Don. cit. cum Peyr.

11. Nec etiam potest esse Commissarius, Visitator, Discretus, seu Procurator ad Capitulum Generale, nec Diffinitor, quia hæc officia sunt personatus, & dignitates. Don. cit. cum Sylv. Port. Mirand. Tamb. de jure Abb., Mirand. cit. Peyr. cit., Lez. tom. 2. cap. 14. num. 50.

12. Neque obstat explicatio Sixt. V. afferenda n. 17., quia ultra Bullas Sixt. V. adsunt canones n. 7. citati.

13. Et quod ad dignitates, prælatias, & personatus supra dictos (excepto Generalatu, ad quem Religiosi non possunt dispensare per privilegia ex Mattheuc. apud Fel. Pot. fol. 492. num. 4461.) possint dispensare Regulares per privilegia sicutem in Capitulo generali, vel provinciali respective, docent Dian. p. 4. tr. 2. ref. 65. cum Barb.: Salm. tom. 2. tr. 10. Et patet ex Bulla Greg. XI V. Circumspecta apud Mirand. tom. 2. q. 2. art. 3.磨ante Bullas Sixt. V., & statuente: *Licere Generali, aut Provinciali singulorum Ordinum, ac Congregationum, aut Hospitalium, ad quos dicta dispensatio spectat iuxta tenorem privilegiorum, & indulctorum Apostolicorum eis concessorum, quea dummodo usu recepta, nec aliis sub illis revocationibus comprehensa sint, ut præfertur, in hac parte revalidavit, cum illegitimis, quos aliis dictis Generali, aut Provinciali cum Generali, Provinciali, seu intermedio Capitulo, & non aliis, suffragantibus meritiss dignos judicaverint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas dispensare; ac dispensationes hujusm. ita factas, & inde sequuta quacumque, ut antea valere, ac tenere perinde, ac si dictæ Constit. non emanarent.*

14. Ulterius Prælati Regulares possunt cum illegitimis dispensare ad officia Ordinis sine Capitulo aliquo ex privilegio ejusdem Greg. XI V. pro Congregatione Ministrantium Infirmis concessio Præfecto Generali, seu de illius licentia Præfectis inferioribus aliorum locorum, vel Provincialibus, & illorum Vicariis, ac locatenentibus, in tom. 2. Gherub. fol. 706. Quæ Bulla data fuit die 21. Sept. 1591.; ac proinde est posterior ad aliam Bullam ejusdem Gregorii idibus Marcii ejusdem anni, requiringentem, quod dispensatio fiat in Capitulo, &c. Quo privilegio possunt uti aliae Religiones communicantes.

S.VI. De dispensatione subditis in irregulari. &c. 231

15. Immo quod hodie possint, nedum Generales, & Provinciales, sed etiam Superiores locales dispensare per seipso
ssae Capitulo generali, vel provinciali in dicta irregularitate, doc-
cent Salm. tom. 2. tr. 10. c. 9. n. 57. cum Dian. Bassao, Portel. Peyr.
Pelliz. & aliis ex privilegio Clem. VIII. & Pauli V. Patribus de
Observantia post Sixt. V., qui revocaverat tales concessiones.
Quo supposito, de tali concessione participant alias Religiones.

16. Potest tamen in Religione talis illegitimus sine ulla dis-
pensatione esse Sacrista, Oeconomus, Procurator, Cellerarius,
Magister Novitiorum, Confessor Monialium, & habere alia offi-
cia manualia, id est ad nutum Superioris amovibilia. Dou. de
eligendis tom. 2. tr. 5. q. 24. cum Nav. Sanchi. Peyr.. Lez. tom. 1. c. 18.
n. 62. & Mirand. loc. cit. Sed de officio Magistri Novitiorum, Le-
ctoris, & Concionatoris per totum cursum 15. annorum negan-
dum est quoad nostros in nostra Congregatione, quia isti postea
habent jus ad Abbatiam privilegianti: & in simili casu negat
Mirand. tom. 2. q. 2. art. 8. concl. 1. f. infertur 2.

17. Confirmantur supradicta, quia cum Sixt. V. in Constit.
Cust. de omnibus Regularibus illegitimos dignitatibus, gradibus,
& officiis privasset, postea in Constit. Ad Romanum idem Pontif.
peiorum explicans, declaravit, per ea intelligi solum ea munera,
que habent conjunctam superioritatem (ut sunt Generalatus,
Provincialatus, Prioratus, &c. ut explicat Lez.) non vero alias
que superioritatem non habent, ut sunt officium Concionatoris,
Confessoris, Lectoris, &c. ut idem Lez. explicat.

18. Religiosus illegitimus non est capax beneficij secularis,
vel regularis. Ita Lez. ex c. 1. & c. fin. de filiis Presbyt. cum Rodr.
Sed si est beneficium regulare non perpetuum, & non habens cu-
ram animarum, quod possit dispensare Praelatus Regularis, quia
hic habet jurisdictionem quasi Episcopalem, docet Lez. tom. 3.
v. Alleganti n. 18. Sic ut potest Episcopus pro beneficio simplici
non requirente Ordinem sacrum ex c. 1. de filiis Presbyt. in 6., ut
docet Bon. de Irregularitat. d. 7. q. 2. p. 4. prop. 3. cum Suar. Sayr. &
aliis: si autem est beneficium regulare curatum, requiritur di-
spensatio Papae ex Lez. loc. cit. , quia de jure communi ad benefi-
cium curatum requiritur dispensatio Papae, ut sequitur ex di-
cis num. 1.

19. In beneficio seculari simplici, non requirente Ordinem
(a)

sacrum sufficit, & requiritur dispensatio Episcopi, ut supra, quia Prælatus Regularis non habet facultatem circa beneficia sacerdotalia. Si sit beneficium sacerdotale requirens Ordinem sacrum, vel cum cura Animarum, requiritur dispensatio Papæ, ut supra. Ex quibus patet quid in casu occurrence nos debemus facere, quia ultra plura beneficia regularia, quæ in Religione habemus, sumus capaces beneficii sacerdotalis etiam intra Religionem, si est simplex, & extra Religionem si est cum residentia, cum debitiss licentiis in utroque casu.

20. Nota etiam, quod ex nostris Constit. p. 1. c. 40. prohibetur recipere ad habitum Clericorum eum, qui non fit de legitimo matrimonio natus. Et p. 3. c. 9. habemus, quod nati ex illegitimo choro ad officia, gradus, & dignitates eligi non possint, nisi specialem dispensationem obtinuerint vel a Sede Apost., vel a Capitulo generali ad prescriptum Constitutionum Sixt. V. & moderationis Greg. XIV. Igitur Constit. Sixt. V. vide n. 17. & moderat. Greg. XIV. vide n. 13.

21. Prælati Regulares possunt etiam dispensare cum suis subditis in omnibus penitentias, & inhabilitatibus contractis ob quemque delicta, & in penitentias privationis ab officio, beneficio, dignitate, & inhabilitatis ad illa, vocis activas, & passivas, &c. nisi haec penitentiae sint reservatae Pontifici. Salm. tom. 4. tr. 18. cap. 4. n. 29. cum Cand.; immo etiam si sint Pontifici reservatae ex privilegio Sixt. IV. Pii V. & Greg. XIV., ut docent Suar. Sanch. Pelliz. Ant. a Sp. S. Lez. apud Salm. cit.: Lez. tom. 1. c. 18. n. 33. 35. 46. Immo Viva in prop. 4. Alexand. VII, in n. 6. docet, posse Prælatos Regulares iure ordinario absolvere subditos ab omnibus culpis, censuris, ac penitentias ecclesiasticis, & in iis omnibus dispensare, in quibus possunt Episcopi cum suis subditis; tum quia id spectat ad exemptionem Religiosis concessam; tum quia ex decr. Pii V. & ex c. Abbates de privil. in 6. omnibus Prælatis Regularibus competit jurisdictione quasi episcopalise.

22. Non possunt tamen Prælati Regulares cum suis subditis dispensare in penitentias ab Episcopo in Regulares infictis, & sibi reservatis, si V. G. Confessoribus Regularibus imponat aliquid circa officium Confessarii sub pena suspensionis ipso facto ab audiendis confessionibus sibi reservatae, ut videtur colligi ex Bulla Superni: tum quia sic Prælatus Regularis daret facultatem

tem audiendi confessiones secularium invito Episcopo; quod non potest, quia ex regula recepta: *Eiusdem est solvere, & ligare.* Et ita Viva de excom. in prop. 4. Alexand. VII. in num. 6. cum Suar.

S. VII.

*De facultate Confessoriorum Regularium circa
proprios Religiosos quoad absolvendum,
& dispensandum.*

Quam privilegia, per quae Confessorius Regularis a Superiori pro confessione Religiosorum deputatus possit sine alia deputatione suos Religiosos absolvere a reservatis & quod & probabile dicit Lez. tom. 3. v. Confessorius a n. 1. i.; quia tamen contra haec, & similia privilegia adsumunt plura decr. Pontificum, & praesertim Clem. VIII., Romani Pontificis, & Urb. VIII. Innovatio Constitutionis, apud Salm. cit. n. 133., per quae expresse declaratur, quod Bulla Cruciarum, & alia indulta particularia nullo modo suffragari possint quibuscumque Religiosis, & Monialibus circa articulum eligendi Confessorium, & ut a reservatis absolvantur etiam in Bulla concione contentis, & ab aliis reservatis que licentia Superiorum, probabilius, & tutu sent. docet, non posse Religiosos coiuscumque Ordinis, vel Moniales diligenter ibi Confessorem aliquem vi privilegiorum prates illum: qui ipsius a Praelatis est deputatus: neque posse absolviri a casibus Praelatis, vel Papae reservatis, nisi ex concessione superum Praelectorum. Hujus sententiae Lez. tom. 1. c. 19. n. 27. & 29. Pet. Por. fol. 266.

Recurgant ergo subditi ad Praelatos, quibus Clem. VIII. incit Bulla precipit, demandant quodcumque huiusmodi potestatis secundum subditis habendis, & faciles exhibeantur. I. e. Postquam tamen Religiosi, item in vita, & in auctio mortis, uti sequentibus: privilegiis bullatis, magis amplius, & tutius. Igitur Innoc. VIII. in Misi. Magno Servitatu m. 5. p. 3. apud Lez. tom. 3. concedit. Secundis, ut Confessor idoneus dicti Ordinis, quem ipsorum quilibet pro se duxerit, eligendum, eorumdem

confessione diligenter auditâ pro commissis per eos excessibus ; & peccatis, etiam si talia forent, propter quos Sedes Apostolica esset meritâ consulenda, semel in vita, & semel in mortis articulo plenariam absolutionem, & peccatorum bujusmodi remissionem, etiam si ante factam dictâ Ordinis professionem decadere contingeret, valcat concedere. Ubi nota, quod dictus Confessor debet esse approbatus a Religione ; & in ipso nulla requiritur commissio a Prælato: ac cum dictum privilegium non excludat casum aliquem Bulle cœnæ, nec relapsum in hæresim, qui erat unus ex quatuor, propter quos Sedes Ap. erat consulenda, etiam ab his potest Confessor absolvere, ut ex verbis privilegii. Et hæc ita docent Salm. tom. 1. de Sacram. pœn. tr. 6. c. 13. n. 144. cum Pelliz. la Cruz, Bauny. Ant. a Sp. S. tr. 2. de privil. d. 2. secl. 1. Lez. in anno 1440. cœca dictum privil.

Addunt Salm. loc. cit. n. 48. cum Rodr. Palao. Lez. Pelliz. Ant. a Sp. S. ex Privilegio Sjxt. I V. pro Minoribus, posse sine dubio Religiosum Minorem sine speciali licentia absolvit semel in vita de reservatis in Religione per Confessarium ex approbatis a Prælatis. Et idem de omni Regulari ex dicto privilegio Minorum docet Dian. p. 2. tr. 2. ref. 126. cum Suarez. Et hoc innuit Pontifex dum dicit, etiam de casibus Sedis Apost. reservatis. Et licet ad sint plura decretâ Pontificum, ut supra, contra similia privilegia, quia tamen hæc de semel in vita, & in articulo mortis sunt privilegia specialia, non videtur ipsis derogari per generalem prohibitiōnem Pontificum. Vide n. 7.

4. Nota etiam, quod in articulo mortis possunt Religiosi sibi eligere quemcumque Confessorem, sive Regularēm, sive sacerdotem, qui ab omnibus casibus eos absolvat, nullo excepto, & concedat ipsi sanctum jubileum, seu omnes indulgentias a Predecessoribus Sixti IV. concessas Fidelibus Romam euntibus, & Ecclesiis visitantibus anno jubilæi : & hoc ex privilegio bullato Innoc. VIII. apud Rodriq. tom. 1. q. 62. art. 6., & Sixti IV. alio privilegio bullato Butta 45. apud Pelliz. secl. 1. n. 84. Et hæc omnia referunt, & docent Salm. tom. 4. tr. 18. c. 6. n. 145. & Ant. a Sp. S. cit. notat, quod talis Confessor debet esse approbatus ab aliquo Ordinario; debet namque jam esse Confessor.

5. Sed & Canonici Regul. Later., nechon Conversi, Commissi, &c. habent etiam valde speciale privilegium ex speciali par-

participatione cum Canonicis Regularibus S. Salvatoris Bononiensis, ut §.5.n.23., per quod semel in vita, & in mortis articulo possunt eligere quemcunque Presbyterum ex Canonicis prefatae Congregationis, in casu vero necessitatis alium Presbyterum idoneum, tam secularis, quam regularem, qui eos absolvat ab omnibus, & singulis casibus etiam Papae reservatis.

6. Pro quo nota, quod pro eligendo Presbytero ex nostris in dicto casu non requiritur, quod is sit approbatus a nostro Praelato, quia Pontifex dicit, *Presbyterum, non dicit, Confessorem;* neque requiritur ejus licentia. Et ultius, licet Pontifex in casu necessitatis requirat Presbyterum idoneum secularis, vel Regularem, non tamen est necesse, quod talis Presbyter sit approbatus ab Episcopo, nam quicumque secularis, qui a Pontifice, vel a suo proprio Praelato facultatem habet sibi eligendi idoneum Confessorem, debet omnino eligere approbatum ab Episcopo, etiam si hoc in concessione non exprimatur (nisi aliter declaratur) quia semper hoc subintelligitur, cum in generali concessione non veniant ea, quae verosimiliter Superior non concederet, si specialiter rogaretur: reg.81.de reg.juris in 6.; maxime quia obstat Concilium Trid., cui nunquam derogatur, nisi cum expressa mentione illius. Et hanc doctrinam tenent Bon. tom. I. de sacram.poenit.d.5.q.7.p.4.§.1.cum Vasq.Suar.Vivald. Regin. till.: Salm.com.4.tr.18.c.4.p.2.n.49.: Amend.tom.2. de sacram. pœn. fol.300.cum Fag.Lug.Buf.Trull.: ac Religiosus, qui a Pontifice, vel a suo Praelato, qui potest dare in subditos jurisdictionem, habet licentiam tacitam, vel expressam eligendi in Confessorum quem voluerit, potest eligere simplicem Sacerdotem etiam saeularis non approbatum ab Episcopo, ut c.1.a n.6. Et ita Salm.cit. Dicito autem, *idoneus*, pro Confessore Regularium solum importat, quod non sit excommunicatus, suspensus, vel interdictus, & quod sciat ligare, & solvere, ut docent Peyr.tom.2.q.1.c.4.§ 4. n.88.cum Soc., & Salm.cit.n.125. cum Rodriq. Jo. a Cruce, Ant. a Sp. S. Bord. Portel., docentes, non esse necesse, quod is sit approbatus ab Episcopo, vel a Praelato regulari ipsius Confessarii.

7. Neque obstant decreta Pontificum hic n. 1. adducta, aut nostre Constitutiones, quae pluribus locis nobis prohibent, ne confiteamur extra Ordinem, vel Confessio non approbato, etiam cum clausula irritantie confessiones; quia tale privilegium

Juli 11. i.e. est. unde speciale, & ipsi non derogatur per clausulas generales decretorum Pontificum, vel Constitutionum Religio-
pis. Sicuti enim per generalem concessionem non veniunt ea,
quaes quis verosimiliter non esset in specie concessurus, ita per
generalem prohibitionem non veniunt ea, quaes quis non esset
verosimiliter in specie prohibitus, ut est in casu de semel in
vita, & in articulo mortis. Et ita nihil consulpsit P. Mazzotti
Casista in Cathedrali Neap. Et quantum ad privilegium in arti-
culo mortis confirmatur assertio, quia cum hoc privilegium sit
pro consolatione infirmorum, immo moribundorum, requiritur
clausula specialis, ut ipsi derogetur, ut in f. 1. 1. 0. 3.

8. Similiter, quod Confessores Regulares a Prelato deputati
possint sine speciali deputatione dispensare cum suis Religione in
irregularitatibus, penitentias & votis pluries in anno ex privil. docente
Salm. cit. a n. 146. nisi in Religione detus statutum, que consuetudo
obligans in contrarium. Sed quia tunc est recusore ad Pra-
fatos, ut ait Lez. cum Portel., ideo omitto. Et sufficiat, quod.

9. Quilibet Confessarius Mendicantium a suo Prelato pro
confessionibus Fratrum deputatus potest semel in vita cum eis
dispensare in foro conscientiae super omnem irregularitatem,
quacumque occasione contractam ex privilegio Eugen. IV. pro
Fratribus S. Hieronymi in Hispania apud Rodriq. tom. 1. q. 62.
art. 3. Quae concessio, cum sit universalissima ratione illius
clausulae, quacumque occasione, ad omnes irregularitates se ex-
tendit, etiam ex bigamia, aut homicidio voluntario. Ita Salm.
cit. n. 148. Hoc privilegium hic posui, quia est valde speciale
de semel in vita, ut dictum est supra circa absolutionem a rese-
vatis semel in vita, & in articulo mortis; & de ipso participant
aliis Religiones communicantes. Alia similia privilegia omitto.

§. VIII.

De facultate Confessoriorum Regularium circa secularres.

10. **C**onfessarii Regularis a Prelatis expositi, & ab Episco-
po approbati possunt extra Italiam omnes secularres
ab omnibus casibus, scilicet censuris absolvere, etiam Pontifici reser-
vatis,

vatis, exceptis casibus ab Ordinario reservatis, vel in Bulla cœnæ contentis, ex privilegiis Sixti IV. pro Ordine Praedicatorum, Leonis X. pro Minoribus, & Pauli III. pro Jesuitis. ita Salm.tom.4. tr.18. c.4. n.120. Lez. tom. I. c. 19. n. 5. Et hæc privilegia non sunt revocata.

2. In Urbe possunt Confessarii Regulares eos absolvere ab omnibus casibus Papæ reservatis, exceptis dumtaxat casibus in Bulla cœnæ contentis, ut patet ex sequentibus, & ex declarat. Sacr. Congr. sub Urb. VIII. 17. Nov. 1628. apud Lez. loc. cit. n. 17.

Pro Italia extra urbem extat decretum S. Congregationis de mandato Clementis VIII anno 1601., quo præcipitur Sacerdotibus omnibus, tam Secularibus, quam Regularibus in Italia, & extra urbem, ne quis eorum prætextu privilegiorum quomodolibet concessorum, ab ullo ex casibus in Bulla cœnæ contentis, vel aliis a Sede Apostolica, vel per Ordinarios reservatis, aut reservandis absolvere præsumat sub pena excommunicationis ipso facto, &c. Quod decretum anno 1601. quoad casus Papales fuit declaratum a S. Congreg. de mandato ejusdem SS., videlicet sub ejusdem prohibitione illos tantam in posterum comprehendit casus, qui in Bulla die Cœnia Domini legi consueta continentur. Præterea violationis immunitatis Ecclesiæ in terminis constitutionis fel. reo. Gregorii XIV. : Cum aliis : Violationis clausura Monialium ad malum finem : Provocantium, & pugnantium: in duello juxta decretum S. Concilii Trid., & Constitutionem fel. reg. Gregorii Papæ XIII. incipientem, Ad tollendum: Iniciantium violentas manus in Clericos juxta canonem si quis suadente, &c. 17. qu. 4. ac juris dispositionem: Simoniae realis faciente contracta, atque etiam confidenciae beneficialis. Item omnes casus, quos Ordinarii locorum sibi reservarant, vel in posterum reser- vabunt. In quibus omnibus jam enumeratis casibus dumtaxat & sublata etiam pena inabilitatis audiendi confessiones eadem S. Congreg. vult, & mandat, dictum docebat in sua firmitate, & pristino roture permanere. Apud Lez. contr. I. c. 19. n. 15. Et quia tempore Pauli V. dubitatum fuit, an per predicta decretalib. prohiberentur Regulares absolvere a censuris Sedis Apostolice, & Episcopis reservatis, estis a casibus non possint, Si Congregatio de mandato Pauli V. respondit affirmative. Lez. loc. cit. cum Peyr. & Barb.

Ae

At quis his non obstantibus aliqui Confessores , tum Seculares , tum Regulares Neapoli absolvebant a casibus , & censuris supra prohibitis , & disseminando erroneous opiniones , afferbant , quod ut valide absolverent a casibus ab Ordinario reservatis , sufficeret petere ab eodem facultatem , quamvis illam concedere recularet , S. Congreg. de ordine Pontificis scripsit Card. Filamarino , ut sub pœnis convenientibus significaret 1. omnibus Neapolis Confessoribus quantumvis privilegiatis , & exceptis , quod omnino se conformarent cum supradictis decr. , nec contravenire auderent sub quovis praetextu , aut casu , etiam præcisæ necessitatis , præterquam in articulo mortis cum reincidentia si convaluerint . Et 2. tandem postquam notificasset , eos , qui petunt ab Ordinario facultatem , & non obtincent , non posse absolvere , declararet , incurrere suspensionem ab audiendis confessionibus , qui supra dictam doctrinam publice defendant , aut absolvere presumunt , petita , & non concessa facultate . Et totum mandatum fuit a dicto Card. ann. 1647. cum pœna suspensionis ipso facto ab audiendis confessionibus , & aliis pœnis quantum ad primum ; & declarando , incurrere suspensionem ab audiendis confessionibus quantum ad secundum . Apud Don. com. 1. de revocat. privileg. tr. 13. q. 17.

3. Ex quibus sequitur , quod Regulares per privilegium Pauli III. pro Jesuitis , de quo alii participant , possint absolve-re Christifideles ab aliis casibus , & censuris Sedi Apostolice reservatis præter annumeratos in dicta declaratione S. Congregationis , anno 1602. ut hic num. 2. dictum est (quæ declaratio valeat pro Italia , & extra Urbem) , ut notat Lez. loc. cit. n. 16. , quia exceptio regulæ firmat illam in contrarium . Et de his ita etiam docet , & fuse agit Fel. Pot. fol. 370. a n. 3457. , ubi dicit , certum esse in jure communii , cui accedit consuetudo , non dari casus reservatos Episcopis , sed illos tantum , quos ipsi in Diœcesis reservant : & citat Vidal . cum com. Et loc. cit. n. 3477. cum Mendo colligit ex dictis , Confessarios Regulares absolvere posse a casibus S. Officii , satis . Etta parte , si non contineant heresim formalem externam , nec contineantur in Bulla cœnæ , nec sint intra Italiam de aliis sex , nec sint Episcopis reservati .

4. Advertit Viva , quod Mendicantes privilegiati non debent absolvere a censuris reservatis , si probabilitas reducendæ sunt

sunt ad forum judiciale, aut cum offensione Ordinarii.

5. Nota ex Lez. loc.cit. n.27. usum istorum privilegiorum, de quibus hic dictum est, debere esse dependenter a voluntate Superiorum.

6. Notandum tandem, quod ultra privilegia Regularium potest recurriri ad Sacram Poenitentiariam, sive pro Regularibus, sive pro Secularibus, pro casibus, & censuris Papae reservatis, pro irregularitatibus, aliisque poenit. & votis. Sic autem scribitur.

All'Eminentiss.e Reverendiss. Sig., Sig., Padre Colendiss.

Il Sig. Cardinale Penitenziere Maggiore.

ROMA

Intus vero exponitur distincte causus occurrentes cum omnibus circumstantiis: & additur. Si degneret V. E. indirizzare la risposta sotto questo nome.

Al Sig. N. N.

NAPOLI.

Sed quoad aperiendum, & exequendum literas S. Poenitentiariæ vide Lez. tom. 4. v. Literæ. Et de dictis omnibus vide Pel. Pot. a fol. 24., & Busemb. lib. 1. et. 2. c. 4. in append. post dub. 4.

7. Videndum nunc de facultate Confessorum Regularium circa vota secularium; nam quid possint Praelati Regulares circa vota Subditorum, facile invenitur apud Auctores. Et quidem Confessarii Regulares, inter quos ipsi Superiori, ab Episcopis approbati pro secularium confessionibus, plura possunt virtutes privilegiorum circa vota secularium. Sed antea nota, quod quisque potest propria auctoritate suum votum commutare in evidenter melius, exceptis quinque votis Papae reservatis, ut tenet communior, & probabilius sententia apud Salm. tom. 4. tr. 17. cap. 3. n. 132., quis hic non est actus jurisdictionis, sed prudentia, & superabundantis solutionis. Et ideo etiam quilibet Confessarius potest sine privilegio in evidenter malius commutare, ut docet Bonac. de voto cum Less. Suar. Sanch. Clau. Reg. Sot. Immo satis probabile est, quod quisque possit suum votum commutare in evidenter aequali; nam ita tenent Salm. loc. cit. n. 133. cum 17. gravibus DD. : Bon. tom. 2. d. 4. q. 2. p. 7. §. 3. cum Rodriq. Enriq. Sd. Less. Sot. Sanch. : Dian. p. 3. tr. 5. ref. 25. cum Villal. : Vivald. & Less., & minus communis sent. apud Laym. lib. 4. tr. 4. c. 8 in n. 20.

Et

Et hanc sent. probabiliorem dicit Tamb. Ratio est, quia nulla Deo fit injuria, cum res ipsi æqualiter grata reddatur. Et sic etiam quilibet Confessarius absque privilegio potest commutare in evi-denter æquale. Et ita Vivald. & Less. apud Laym. cit.: & Dian. cum Enriq. Med. & aliis. Ut autem simplex Confessarius sine privilegio commutet, requiritur vel aliqua levis causa, ut plures docent; & per Less. sufficit, si res subrogata hilatius ac-ceptetur implenda; per Sanch., si poenitens petit. Sine causa commutare esset peccatum veniale per Sanch. Et quidem magis expedit, quod votum commutetur in æquale a Confessario, quām ab ipso vovente, quiq; iste potest decipi ex ignorantia, vel passio-ne. Sed vide n. 4. Verūm per privilegium commutatio potest fieri etiam in non notabiliter minus, ut satis esse probabile di-cunt Salm. loc. cit. n. 137, & 153. cum 27. DD, si adest justa cāusa. rei proportionata; multò major tamen quām si commutatio fieri set in evidenter æquale, ut docet Lez. tom. 3. v. Votum n. 21. cùm pluribus DD,

Attamen, quia difficillimum est in votorum commutatio-ne æqualitatem metiri in materia subrogata, vel cognoscere, an sit major, vel minor, notandum est, quod talis æqualitas, vel inæqualitas non est mathematice mensuranda, sed moraliter ju-dicio prudentis Confessarii, qui non scrupulose, sed moraliter æqualitatem moralem constituat. Salm. n. 142. & Busemb. lib. 3, tr. 2. c. 3. dub. 7. cum Laym. Certum est autem, quod Confessarii Regulares facultatem habent commutandi omnia vota secula-rium exceptis quinque Papæ reservatis, quia hoc ad minus eis concedit privilegium Eugenii IV. pro Monachis S. Justinæ Cassi-nensem Constit. Etsi quaslibet: ubi dicitur: *Insuper et omnia vota commutare*: & aliud Pauli III.: *Necnon vota quæcumque in alia pietatis opera commutandi*: quod conceditur Jesuitis; & de his privilegiis participant aliae Religiones communicantes. Salm. n. 93. Peyr. tom. I. q. 1. c. 21. §. 1. Lez. tom. I. c. 19. n. 23.

8. Quinque vota Papæ reservata sunt votum castitatis per-petuae, Religionis approbatæ, peregrinationis ad limina Aposto-lorum, ad S. Jacobum in Compostella, & ad Terram sanctam. Et hæc non sunt Papæ reservata, nisi sine omnino libera, perfecta, plene obligantia, certò valida. La Croix lib. 3. p. 1. n. 544- cum com. Et notandum, quod dicta quinque vota si habeant di-

etas

S.VIII. De facultate Confessariorum Regulare circa saecularia. 241

Etas circumsstantias, in casu urgentis necessitatis, & quando sumui non est facilis aditus ad Pontificem, sitque in moxa periculum gravis damni temporalis, aut spiritualis, sunt reservata, seu commissa Episcopis per accidens, & jure extraordinario, & sunt Papae in se reservata. Et tunc non possunt Regulares ea commutare, vel dispensare. Quando vero dicta quinque vota deficiunt in materia reservata in aliqua ex dictis circumsstantiis, V. G. si est votum castitatis ad tempus determinatum, ut decem, vel vinti annorum, tunc non sunt reservata Papae, sed sunt reservata, seu commissa Episcopis per se, & jure ordinario. Et in his possunt Confessarii Regulares commutare ex privilegiis adductis n.7. Lez.cit. Salm.cit. n.97. cum 14. gravibus DD. Peyr. tom. I. q. I. c. 21. §. I. cum Sanch. & Sval. Sic votum castitatis conjugalis non est Papae reservatum, nisi tale votum Pontificia auctoritate annexum sit Ordini militari, quia non est votum totalis castitatis. Laym.lib.4.tr.4.c.8.n.8.cum Sanch..Peyr.cit.

Et hic nota, quod Confessarii simplices sine privilegiis non possunt commutare dicta quinque vota deficiencia in materia reservata, quia etiam tunc sunt reservata, seu commissa Episcopis jure ordinario, ut supra; & sic qui non habet privilegium non potest commutare, omnia enim vota jure ordinario sunt subjecta Episcopis in dispensando, & commutando, & sic essent etiam illa quinque, si Papa non sibi reservasset. Peyr.cit.cum Sanch.

9. Possunt Confessarii Regulares per privilegium Gregorii XIII. concessum Jesuitis commutare etiam vota jurata, seu iuramenta votiva, dummodo commutatio in praedictum tertium non fiat. Lez.cit. Busemb. lib.3.tr.2. c.3.dnb.8. loquens de facultate etiam delegata dispensandi. Et nota, quod quam facultatem habent Regulares ex privilegiis in commutando, vel dispensando vota (& idem ex virtute jubilaei) hoc ipso illam habent in commutando, & dispensando iuramenta soli Deo praestita, quae scilicet non sint in favorem tertii; quia iuramenta soli Deo praefixa vel sunt idem cum votis secundum aliquos DD., vel certo ex communione hominum estimatione ob affinitatem cum votis ut vota reputantur. Salm. loco cit. n. 3. cum 10. aliis DD. Miraad. tom. I. q.47.art.5 La Croix.lib.3.p.1.n.355.cum Moya Sanch. Caprop. Tamb. Gob. Ills. Belleg. & aliis.

10. Ut Confessarii Regulares commutare possint vota sa-

cularium, debent esse a Superiore, & ab Episcopo approbati, non semper tamen a Superiore Regulari deputati ad vota commutanda, ut patet ex ipsis privilegiis, ut n. 15. & 18.

11. Possunt Confessarii Regulares commutare votum aliquius ingrediendi in arctiorem Religionem, ut ingrediatur in suam, vel in aliam minus strictam; votum enim strictioris Religionis non est Papae reservatum, sed Episcopi in illo dispensasse possunt, & per consequens etiam Confessarii Regulares. Et haec ita docet Peyr. cit. cum Sanch..Lez.tom.4.v. Votum n. 22. in fine cum Sanch.Peyr. Et nos specialiter participamus privilegium Julii II., de quo pro dispensatione talis voti vide §.4.u.20.

12. Nota ex Salm. quod est sanum consilium cum commutatione semper admiscere dispensationem, ut tollatur omnis scrupulus circa aequalitatem, & inaequalitatem materiae subrogatae.

13. Sed quia omnis qui potest dispensare in votis potest commutare, quia qui potest maius potest & minus; at, ut communiter docent DD., non omnis, qui potest commutare potest dispensare, videndum, an Confessarii Regulares possint dispensare? Et hoc quidem valde interest; nam in dispensatione voti absolute relaxatur votum sine alia obligatione, quæ tamen remanet in commutatione. Et

14. Dicendum, quod Confessarii Regulares deputati saltem generaliter a Superiori pro dispensatione in votis secularium possunt dispensare in omnibus votis secularium undequaque venientium, in quibus possunt Episcopi jure ordinario dispensare cum suis Diocesanis. Et sic possunt dispensare in omnibus votis secularium, exceptis quinque Papæ reservatis. Com. sent. DD. tam ex antiquis, quam ex modernis apud Salm. Isc. cit. p.94. ex privilegio Innoc. VII. vel, ut alii volunt, VIII. concedentis Regularibus posse cum secularibus dispensare in omnibus votis, in quibus possunt Episcopis ex privil. Eugen. IV. pro Benedictinis Vallisoletanis; Julii II. pro Benedictinis; Martini V. apud Rodriq:tom.2. quæst. reg. q.63. art. 3. Vide n. 18.

15. Sed magis etiam probatur assertio ex privilegio Eugen. IV. in Bullatio nostro fol 313., in quo habetur, quod nostri Canonici deputati ad confessiones possint audire omnes triusque sexus ubique consistentes, aut ad se venientes, &c. ac in omnibus casis.

casibus, & votis cum eis dispensare, vel propter eorum Animarum salutis viderint expedire, in alia pietatis opera commutare, dummodo propter hanc fidem Apostolus consulenda non sit. De quo privilegio participant omnes Religiones communicantes. Ilbi nota, quod Regulares utentes hoc privilegio, non est necesse, quod sint a Superiori pro votis deputati generali, vel speciali deputations; nisi aliter statutum sit in aliqua Religione; quod statutum non adest in nostra Religione. Vide n. 18.

16. Ex dictis patet, possunt Confessarios Regulares cum qui- buscumque secularibus dispensare in quinque votis reservatis Pontifici semper ac illa, ut supra, possunt commutare. Salm. loc. cit. n. 96. Quod etiam clare patet ex privilegio nostro.

17. Ex dictis sequitur etiam, quod Confessarii Regulares quicquid in commutando, & dispensando possunt circa vota cum secularibus, possunt etiam cum Religiosis sui, & alterius Ordinis, quia ex privilegio Eugen. IV. habetur, quod Regulares possint dispensare cum omnibus Christi fidelibus; Religiosi autem non sunt pejoris conditionis. Enim ex alio privilegio Sixti IV. Bula 2. apud Peyr. ad Conf. 2. Sixt. IV. concedente, ut possint vota Religiosorum non solum commutare, sed tunc quoties relaxare (relaxare aptem idem est ac dispensare ex Lez. tom. 3^o v. Juramentum n. 24. & ex Salm. loc. cit. initio cap. 3.) prout docent, & referunt Salm. loc. cit. n. 95. cum Bord. Iur. Peyr. Quintanadu. Ant. a Sp. S. : & iterum tom. 4. tr. 18. c. 4. n. 113.

18. Possunt Confessarii Regulares dispensare post concessum matrimonium in jure petendi debitum amissio ob incestum cum consanguineo conjugis in primo, aut secundo gradu post matrimonium contractum, vel ob votum simplex castitatis ante matrimonium contractum, vel post finis licentia alterius. Ita ex privil. Julii II. & Mart. V. & ex alio privil. pro Jesuitis Lez. com. g. v. Affinitas n. 4. & tom. 4. v. Votum n. 22. Peyr. tom. 2. q. 1. c. 21. h. 1. Salm. tom. 2. tr. 9. c. 14. n. 14. Ant. a Sp. S. deo privil. tr. 2. d. 1. a. n. 108. Sed quod Confessarii debeant esse ad hoc specialiter deputati a Provinciali, vel a Praelato locali, docent plures apud Salm. loc. cit. n. 15. quia in privil. sic exprimitur. E contra quod nulla requiriatur deputatio in dictis casibus ex aliis privil. Pii V. Jul. II. Mart. V. docet Dian. Cœlest., Peregr. Sayr. Jo. Suar. Cand. Ant. a Sp. S. apud Salm. loc. cit. n. 15. Bord. apud eosdem (qui hanc sent,

probabilem dicunt) tom. 4. tr. 18. c. 4. n. 38. Ant. a Sp. S. a n. 109. cum Bord. Trull. Dian. Leand. & aliis; qui loquens de incestu ait cum Dian. , dicta privilegia pro conjugibus incestuosis non esse revocata , ac practicari a Confessariis Regul. absque scrupulo. Ulterius in dispensatione pro voto ante , vel post matrimonium emissio non requiri deputationem patet , quia in privil. nostris hinc n. 15. conceditur commutatio , & dispensatio in omnibus votis , in quibus non est consulenda Sedes Apost. , & nulla sit mentio de deputatione . Et adhuc similia privilegia apud Mirand. tom. 1. q. 48. a. 3. Ac generaliter non requiri deputationem in commutando , & dispensando , docet Peyr. cit. cum Sorb. Rodriq. , licet ipse requirat pro petitione debiti. Confessarii ergo Regulares possunt uti dictis privilegiis in casibus dictis pro voto , & sic dispensare absque deputatione; quia votum castitatis emissum post contractum matrimonium non est totale , nec Papae reservatum. Cum semper votum teneatur reddere debitum: ex la Croix tom. 1. lib. 3 p. 1 de voto n. 560. cum Sanch. Trull. Belleg. Idem dic de voto emissio ante matrimonium.

19. Confessarius Regul. potest commutare , & dispensare in votis etiam cum illo , qui nunquam sibi confessus est , ut patet ex privil. per dictionem , *omnium Fidicium* , vel , *ad se venientium* ; & etiam extra confessionem ; quia privilegia non limitant facultatem pro sola confessione. Lez. tom. 4. v. Votum n. 23. & 24. Salm. tom. 4. tr. 17. c. 3. n. 152. cum pluribus : ac licet dicatus confessionibus auditus , quia id refertur ad absolutionem peccatis unde dispensatio potest fieri etiam cum absente. Ant. a Sp. S. n. 16. cum Dian. La Cr. loc. cit. n. 507. cum Tamb. dummodo dispensans sit in suo Monasterio , vel Ecclesia , ut patet ex verbis privil. Sed alites videtur dicendum de privil. nostro n. 15. ob verba , audire , ac , ubique confessores .

20. Notandum , quod ut dispensatio sit licita , & valida requiriur justa causa , major , vel minor , voto proportionata. Justa causa est bonum Ecclesiae , vel Republicae , notabilis difficultas in observatione voti , imperfectione aetatis , vel levitas , ac facilitez , ex qua processit voto , ut praesertim in impuberibus , si sit dubium , an voto sit impedimentum majoris boni; ac si voto cedat in damnum domus , vel familiae , si speretur ex dispensatione voti major profectus spiritualis in yovente . Busemb. Salm. , & alii

alii passim. Sufficit si prudenter, & probabiliter judicetur, quod ad sit causâ sufficiens dispensandi. Verum quia difficile est cognoscere sufficientiam causæ, optimum erit cum dispensatione miscere aliquam commutationem. Salm. loc.cit. n. 120. Si causa non sufficit ad dispensandum, sic etiam fieri debet. Busemb.

§. IX.

De Privilegiis absolvendi a censuris reservatis absque solemnitatibus.

Pro intelligentia notandum, quod ante solutionem excommunicationis reservatae, vel alterius censura similiter reservatae; a Confessario, vel a Prelato inferiori, qui alias non posset ab ipsis absolvere, debent praemitti aliquæ solemnitates, seu ritus, & ceremonie, ut in Rit. Rom. fol. 48., & apud Bon. tom. 1. de excom. d. 1. p. ult. in fine. Inter alias solemnitates sunt juramentum de satisfactione praestanda parti læse: & in magib[us] criminibus, vel, ut aliqui dicunt, solam in percussione Clerici, aut, ut alii tenent, solam in casibus Bullæ & coenæ, juramentum de stando mandatis Ecclesiæ, id est, de non amplius committendo simili delicto: & juramentum de comparendo casu legitimo Superiore cum primùm commode poterit. Quæ solemnitates in foro externo debent praemitti ad solutionem censuræ reservatae ex pluribus juribus, ut communiter testantur DD., nisi in aliquo loco in desuetudinem abierint; quamvis etiam in foro externo ipsis omittere sine contemptu, & scandalo, quod sit solam veniale, velit Dian. p. g. tr. 9. ref. 23. cum Vite Ital. Turrian. Tanner. Suar.: & Bassæus cum aliis. Sed Mendicantes privilegium habent tales solemnitates omittendi, ut infra.

2. Pro foro autem conscientiæ in Sacramento penitentiarum requiri dicta juramenta docent communiter DD. Sed quod quando penitentia non potest satisfactionem praemittere solutioni, non seneatur dare cautelam pignoratitudinis, fidejussionis, vel juratoriam, ut plures volunt, sed quod sufficiat firmum propositum satisfaciendi cum primùm commode poterit, non distinguendo de casibus Bullæ coenæ, vel alijs, absoluto docet Lez. tom. 3. v. Absolutione n. 9. cum Nald. ex Rit. Rom.: Viva in Moreli, & in tr. de jubil.

bil. q. 10. art. 11. cum Nav. Laym. Bos. Suar. Enriq., & aliis: Dian. p.2. tr. 16. ref. 42. cum Valer. Enriq. Navar. , observans, contraria sententia praxia Confessoribus non observari. Et ratio est, quia in hoc foro penitentiali creditur penitenti tam pro se, quam contra se, nisi de opposito constet. Et sic etiam de stando mandatis Ecclesie eadem docet Lez. loc. cit. n. 10.: Bos. Fill. Alter. Pelliz. Dian. Bord. Pasqual, apud Tamb. tom. 2. de casibus reserv. , qui hanc sententia probabilem dicit; sed quoad casus Bullae cœnac difficilem videsi ait: Bonac. , etiam expresse id docens de persecuzione Clerici, & de casibus Bullæ cœnac. tom. 1. de excom. disp. 1. in fine cum Alter. Ratio est, quia odia sunt restringenda, iura possunt explicari de foro externo, & non debamus reddere Sacramentum penitentiae magis difficultate, ac est.

3. Adde, quod tam de satisfacienda parte, quam de stando mandatis Ecclesie, quod sufficiat firmum propositum pro foro conscientiae, seu pro Sacramento penitentiae, aparte docet Ric. Rom. fol. 49., ut legenti patet ibi de absolutione excommunicationis.

4. Similiter de comparendo coram Superiore, quod in Sacramento penitentiae sufficiat firmum propositum, docent Bord. Fill. Bos. Tanner. Pasqual, apud Tamb. loc. cit. 3. nec improbabile est, ait ipse Tamb. , & in quibuscumque criminibus. Et probabile id dicit Viva super prop. 3. Alex. VII. cum Nav. Enriq. Bord. Dian. ob supra adductas rationes,

5. Deinde omnes dictæ solemnitates possunt omitti a Mendicantibus (& per consequens a nobis, & aliis eorum privilegia communicantibus) ob eorum privilegium, ut observat Dian. p. 52. ss. 9. ref. 23. ex Suar., & Fill. in tr. de censuris.

6. Hic nota, quod qui tenetur comparendo coram Pontifice pro-excommunicatione reservata, liberatur ab hoc opere si constetur cum habente auctoritatem absolvendi a tali excommunicatione virtute privilegii, ut sunt Regulares, vel vicente jubilæi, quia tunc Confessor est delegatus Papæ; & alijs privilegium nihil operaretur. Salm. tom. 2. tr. 10. c. 2. p. 4. n. 59. cum Cor. Enriq. Suar. Sanch. Laym. Bon. de censuris tom. 1. disp. 1. q. 3. p. 3. cum Sanch. Suar. Avila. Sporer, & alii. Sic etiam in articulo mortis, Salm. tom. 4. de privil. tr. 13. c. 6. p. 2. n. 145. cum Lez. tom. 1. c. 19. n. 28. Aut. a Sp. S. cum Fragol. Palao.

§. X.

De privilegiis pro Officio, & Missa.

1. **C**lem. VII. in Bullar. tom. I. Conf. 8. concessit Clericis Regularibus Theatinis, ut Fratres prædicationi Verbi Dei, confessionibus, lectioni S. Theol., vel Sac. Can., aut studio insistentes, vel saluti Animarum, aut infirmorum servitio occupati dispensari possint a suis Superioribus, ad hoc ut ipsi occupati, vel impediti certum Psalmorum per ipsos Superiorum eis assignandum numerum, non minus septem, aut sex cum divisione, ac orationem dominicam septies, Symbolum Apostolorum bis; graviter autem ægrotantibus orationem dominicam semel, & salutationem angelicam septies in die recitando, septem horis canonicis, & toti divino officio satisfecisse censeantur. Hoc privilegio posse tute uti Superiorum, ajunt Salm. tom. 4. de horis canonicis tr. 16.c. 3.n. 55. cum utroq. Rodriq. Alcan. Tamb. Lez. Th. Hurt. Pelliz. Pasqual. Cordub.
2. Sed notandum cum Salm. loc. cit., & cum Pelliz. Pasqual. Ant. a Sp. S. ibidem, hoc privilegium (& idem dic de aliis privilegiis infra ponendis) non esse restringendum ad solum casum occupationis gravis, & necessarie per totum fere diem, quia tunc licita est officii omissione sine privilegio, & dispensatione; sed ampliandum etiam quando occupationes supra dictæ n. 1. non sunt nimis urgentes, & ex se sufficientes ad excusandum ab officio; alias privilegium esse inutile.

3. Ex hoc inferat Pasqual. apud Salm. loc. cit. ad licitum usum talis privilegii non requiri, quod occupato in cura infirmorum, studiorum, &c. non supersit tempus congruum ad recitandum. Sed sufficere, quod occupatio petat continuam assiduitatem, etiam compatibilem cum recitatione. Sic enim dicit de Confessoribus in diebus, in quibus assidue vacant confessionibus, ut tempore magni concursus ante Pascha, in Jubilæo, &c. & de Concionatis, ribus quotidie in Quadragesima concionantibus; modo non ita conciones memorie retineant, ut sine ullo fere studio concionari possint. Et sic tandem dicit de edentibus libros de rebus sacris. Si toto fere die, vel ejus majori parte in hoc studio occupentur:

sic

Sic de Lectoribus Theologis, &c.

4. Alia privilegia circa recitationem officii qui vult videat apud Salm. loc. cit. & in Bullario nostro fol. 204.

5. Pro celebratione missæ Greg. XIII. in Bulla 22. concessit Jesuitis, ut celebrare possent per horam ante Auroram, ut refert Peyr. de privil. ad Conf. Pyrthi n. 20., & pluribus citatis Dian. p. 10. tr. 12. ref. 248. Sed absque privilegio licitum est incipere missam semihora ante Auroram, duabus scilicet horis ante ortum Solis, ut tenent Sot. Suar. Lug. de la Cruz, Garcia, Rodriq. & Dian. cum aliis apud Salm. tom. 4. de statu relig. tr. 15. cap. 6. p. 4. n. 92.: & Busemb. lib. 6. tr. 3. c. 3. dub. 3. cum Rodriq. & aliis. Ergo addita una hora ex privilegio possunt Jesuitæ incipere missam tribus horis ante ortum Solis. Salm. loc. cit. n. 94. cum octo aliis gravibus DD. Hoc privilegio participant Religiones communicantes. Alia privilegia pro celebratione missæ videat qui vult apud Salm. loc. cit. n. 41.

6. Quæ privilegia non esse revocata a Trid. sess. 22. in decr. de evitandis in celebrat. missarum, docet Rodriq. Ant. & Sp. S., Narbon. Leand. de la Cruz, & Dian. cum aliis apud Salm. loc. cit.: ubi advertrunt DD. cit., talem facultatem esse pro Ecclesiis suorum Monasteriorum, non extra.

7. Et duo etiam hic nota. 1. Quod dicta privilegia sunt propriis Regularibus, non pro aliis, qui in eorum Ecclesiis celebrant, licet oppositum dicunt Salm. loc. cit. n. 94. 2. Quod quavis Regulares possint cum privilegio, vel sine illo missam celebrare tempore superius dicto, in praxi tamen non debent tali tempore celebrare januis Ecclesiæ apertis, sed in hoc se conformare debent Constitutionibus Synodalibus locorum, & rescriptis Apostolicis, quibus sub gravibus penitentiis prohibentur etiam Regulares aperire januas Ecclesiæ ante clare dilucescentem Auroram; immo de jure naturali divino sub mortali tenentur Superiores, & Sacrificæ non ante tempus dictum januas Ecclesiæ aperire ob multa peccata, & scandala, quæ nocturno tempore accide-re solent. Et de facto Neapoli Patres S. Terezie, & alii missas valde mane celebrantes, illas celebrant januas Ecclesiæ clausis.

8. An verd. Religiosi ex privilegio possint differre incep-tionem missæ utque ad horam nonam, id est per tres horas post meridiem, negat inter alios Lez. ob invocationem privilegiorum circa

circa hoc a Pio V. per Bullam Amantissimus, & ab decr. S. Congr. Alii verò afferunt, non constare authenticò neque de hoc decreto, neque de revocatione Pii V., quoniam ipse solum loquitur de missis celebratis de sero, etiam forsitan circa solis occasum; ideoque standum esse privilegio Eugenii IV. in Bulla secunda pro Benedictinis (quod idem Pontifex in Bulla Et si quilibet, concessit Praedicatoribus) concedentis itinerantibus, aut ex alia iusta causa, ut possint differre Sacrificium usque ad horam nonam inclusive. Aversa, de la Cruz, Dicast. Narb. Lug. Leand. Ant. a Sp. S. Dian. apud Salm. tom. 4. tr. 15. c. 7. n. 95.: apud quos Dian. ait, sufficere quamcumque iustam causam, ut si propter inveteritudinem non potest quis citius e lecto surgere, vel si incœpit confessionem, quæ forte durabit usque ad illam horam, vel habeat necessitatem studendi usque ad illud tempus.

9. Insuper nos habemus concessionem ab Eug. IV. in Bullar. nostro fol. 315. ut Sacerdotes nostri usque ad horam nonarum, quoties opus fuerit pro necessitate, seu aliqua eorum commoditate, missas celebrare libere, & licite valeant.

§. XI.

De privilegio celebrandi missam in cubiculis infirmorum.

1. Sed & aliud. privilegium valde estimandum nobis concedit Pius IV. in Bulla Exponi, die 18. Maii 1565. in Bullario nostro fol. 279., ubi (& simile etiam habent Religiosi de Mercede) habetur: *Omnibus, & singulis quorumcumque, tam Virorum, quam Mulierum Monasteriorum, Prioratum, Praepositurarum, & aliorum locorum Regularium Congregationibus, & Ordinis hujusmodi utriusque sexus personis, quibusvis infirmitatibus pro tempore detentis, quibus ob hujusmodi infirmitates, vel per Medicam, aut Superiorum suum e cubiculis suis exire prohibitum fuerit, ut durantibus ipsis infirmitatibus tandem, missam in proprio cubiculo super altari portatili, in loco summo decenti, & honesto, per aliquem Presbiterum per eos juxta*

libitum; eligendum; celebrari suero; illaque interesse; & conseruare in eorum cubilibus jacentes audire; Sacrosanctamque Eucaristia. Sacramentum confessi; & contriti libere; & licite suscipere possint; Ordinarioram locorum; seu quorundam aliorum sufficientia desuper minime requisita; Auctoritate Apostolica concedimus; &c. Non obstantibus quibuscum &c.

2. Circa quod Salm. de Sace. tom. I. et. 5. c. 4. n. 64. querunt; an in cameris privatis Religiosorum, qui mortbo impediti; inde exire non valent; possit contradicente Episcopo celebrari; ut missam audire queant; & communicare? Et respondent affirmati-
ve cum Lez. Dicast. Dian. Garcia; Gabriel. : *Quia praedita cella non sunt privatae domus; de quibus loquitur Trid. : tum quia extat speciale privilegium Pii IV. pro Canoniciis Regul. S. Salvatoris Lateronensis, quod refert Peyr. tom. I. privil. Minoram in Const. Pyrrhi n. 34. Est autem hoc privilegium post Concilium Trid., & cum derogatione ipsius. Quo privilegio gaudent aliae Religiones communicantes. Hæc Salm. Et ita etiam Lez. tom. 3: v. Altare n. 15.*

3. Et cum ex decr. S. Congreg. sub Clem. XI. anno 1703. revo-
centur privilegia Regularium de celebrando in Altari portatili
absque Ordinariorum licentia in locis, in quibus degunt; & sub
gravibus penitentiis id prohibetur, subdunt Salm. loc. cit., hoc decre-
tum non derogare dicto privilegio Pii IV., quia hoc privilegium
est post Concilium Trid.; decretum autem S. Congreg. loquitur de
privilegiis concessis ante Tridentinum, & per Tridentinum re-
vocatis, ut legenti patebit; tum quia, cum hoc privilegium sit
pro solutio infirmorum; indiger speciali clausula, ut revocetur.

4. Hæc dicta volo peo nostris Canoniciis, & aliis, ut in pri-
vilegio Pii IV. Pro nostris vero Monialibus an hodie tale privile-
gium subsistat videant alii.

5. Et hæc de privilegiis bullatis pro foro penitentiali, seu
conscientiae, prout initio hujus operis dixi, sufficiunt. De oraculis
autem vivæ vocis sunt Lez. tom. 4. v. Oracula, Don. tom. 2.
p. 1. et. 1. &c. & Salm. tom. 4. et. 18. c. 2. a n. 49. De quibus agere
omittio, quia illa revocaverunt Greg. XV., & Vrb. VIII. quam-
vis adhuc circa ipsa variae sint opinones, ut apud cit. DD., quo-
rum doctrina applicari potest pro oraculis vivæ vocis nobis con-
cessis, ut in Bullar. nostro a fol. 311. Nota tamen, quod ex gra-
tia

§.XII. De privileg. celeb. Miss. in cubic. infirm. 251

Etis illis ; quæ sunt ià Bullar. nostro a fol. 311. etiam hodie va-
lent illæ , quæ sunt eum signatura Papæ , quando scilicet Papa
alicui petitioni propria manu subscriptit , vel saltem ipse scribit,
Fiat : quia hæ non sunt ore , sed manu , & habent rationem
rescripti. Lez. tom. 4. v. Votum n. 22. & v. Oracula n. 4.

Et in hoc differunt oracula vivæ vocis a privilegiis bullati,
quod hæc necessario requirant scripturam manu Papæ sub-
scriptam , oracula vero non s̄ed solū ut constet , quod ore fue-
rint concessa. Salm. loc. cit. n. 50.

F I N I S.

Laus Deo , B. Mariæ Virgini, ac D. P. Augustino.
Omnia censuræ , & correctioni S.R.Ecclesie submitto.



I N D E X

*Capitulorum, & rerum notabilium
totius operis.*

Cap.I. **D**E apto Confessario pro Regularibus. fol. 1.
Ubi. Confessarius pro Religiosis debet habere licentiam ab eorum Superiori. a fol. 1. De qualitatibus Confessarii deputandi pro Religiosis. fol. 2. in n. 3. De numero Confessorum pro Religiosis deputandorum. fol. 3. a n. 4. An, & cui Religiosus possit confiteri extra Ordinem, vel proprium Monasterium fol. 4. a n. 5. Explicatur locus quidem nostrarum Constat. de Sacram. pœnit. fol. 9. a n. 13. Et alius locus fol. 11. in n. 18. & seqn. Prælati Regulares possunt sibi eligere quem volunt in Confessarium. fol. 13. a n. 21. Pro nostris autem Prælati vide ibidem. Nostrí Visitatores tempore visitationum, & Generalis possunt nobis dare licentiam confitendi extra ex rationabili causa. fol. 15. a n. 25. An, & quando ceteri Prælati fol. 17. a n. 29. Quibus possunt confiteri Novitii, & Juvenes profisi? fol. 19. a n. 33.

Cap.II. Quomodo segeret Confessarius cum Religiosis, & Monialibus quoad aliquas speciales utrorumque obligationes? fol. 21. Ubi. Quantam ad obligationem tendendi ad perfectionem. fol. 21. a n. 1. Quomodo cum Superioribus Regularibus? fol. 25. Cum Procuratore, &c. fol. 27. Cum Capitularibus. ib. Cum ambientibus. fol. 28. Cum Eleitoribus, & electis. fol. 32. Cum Visitatore, & visitatis. fol. 37. Cum Magistris Novitiorum. fol. 42. Cum Confessariis Regularibus. fol. 44. Cum Lectoribus, & Examensatibus studiorum. fol. 45. Cum Studentibus. fol. 45. Cum Regularibus ad Moniales accendentibus. fol. 46. Quantam ad ingressum Novitiorum. fol. 50. Cum Animabus babentibus gratias supernaturalis. fol. 53. Cum scrupulis. fol. 56. Cum Conversis, Oblatis, &c. fol. 57.

Cap.III. De casibus reservatis pro Regularibus. fol. 57.
Ubi. Decr. Clem. VIII. super casum reservatione cum aliis annotationibus circa ipsum. fol. 57. Explicatio circa casus reservatos. fol. 60. a n. 22. Vicarii quando possint concedere facult-

cultatem pro reservatis ? fol. 72. a n. 55. De Religioso hospite seu peregrino quantum ad casus reservatos . fol. 73. a num. 57. Quomodo se geret Confessor pro absolutione reservatorum ? fol. 74. a n. 60. Quomodo Superior ? fol. 75. a n. 63. Quid faciet Religiosus habens peccatum reservatum, si Superior est absens, & ipse debeat sumere communionem , vel celebrare ? fol. 76. a n. 65. Pro absolutione reservati in articulo mortis . fol. 78. a n. 67. Confessarius quid obseruet in petitione licentiae a Superiori pro reservatis ? fol. 78. a n. 69. In dubio de casu , vel censura reservata simplex Confessarius potest absolvere . fol. 80. n. 72. De Monialibus pro reservatis . fol. 81. n. 73. De Novitiis pro reservatis . fol. 81. n. 74. De absolutione , & dispensatione generali data a Prelatis in certis diebus . fol. 82. n. 75. De peccato reservato obliito , vel invalide confessio habenti auctoritatem circa illud . fol. 82. a n. 76. Pontifex non sibi reservat casum nisi ratione censuræ . fol. 84. n. 79. Quid si paenitens bona fide confessus est peccatum reservatum non habenti facultatem ? fol. 84. n. 80. De Prelatis Regularibus quantum ad casus reservatos pro seipso . fol. 85. n. 81.

Cap. IV. De occasione proxima, & de consuetudinario. fol. 86.

Ubi. Quid illa sit, & quatuorplexis fol. 86. a n. 1. An quis possit absolvire antequam illum tollat ? fol. 88. a n. 7. De consuetudinario, sive recidivo an , & quando possit absolvire ? fol. 92. a n. 14. Atteneatur quis confiteri peccandi consuetudinem ? fol. 95. a n. 23. De absolutione circa venialia habituata . fol. 97. n. 28.

Cap. V. De examine conscientiæ, & præsertim circa peccata mortalia occulta. fol. 98.

Ubi. Plura ex parte paenitentis , & Confessarii afferuntur. fol. 98. a n. 1. Pro confessione puerorum . fol. 102. a n. 10. Cartula Confessarii in examinando . fol. 104. a n. 12. De examine pro peccatis occultiis in generali . fol. 104. a n. 15. Et pro particuliari statu personarum . fol. 105. a n. 17. Remedii pro peccatis occultiis . fol. 107. n. 28.

Cap. VI. De confessione peccati dubii. fol. 108.

Ubi plures dantur notitia pro conscientiæ quiete . fol. 108. a num. 1.

Cap. VII. De confessione generali. fol. 110.

Ubi. De necessitate confessionis generalis . fol. 110. n. 1. Datur modus facilitandi confessionem generalem . fol. 111. a n. 2. Utilis

do-

doctrina in favorem confessionum generalium. fol. 117. n. 22.
Motiva excusantia a confessione generali, seu a repetitione
confessi. num. fol. 118. n. 13. *De confessione generali ex devotio-*
ne. fol. 119. n. 14.

Cap. VIII. De pænitentia sacramentali. fol. 120.

Ubi. *Discretus esse debet Confessorius in imponenda pænitenc-*
tia. fol. 120. a n. 1. *Quando pænitentia impleri debet?* fol. 121.
 n. 7. *Omittere pænitentiam, vel ejus circumstantiam quale pec-*
catum? fol. 121. a n. 8. *Pænitentie oblitus quid faciet?* fol. 122.
 n. 10. *De Pænitentia impossibili.* fol. 123. n. 11. *Injusta.* n. 12. *Im-*
plera in statu peccati mortalis. n. 13. *Quis possit commutare pæ-*
nitentiam? fol. 123. a n. 14. *Pænitentiae utiliores quænam sint?*
 fol. 124. n. 17.

Cap. IX. De sigillo sacramentali. fol. 125.

Ubi. *Quanam cadant sub sigillo?* fol. 125. n. 2. *De usu scien-*
tie confessionis. fol. 126. a n. 3. *Cautela pro sigillo.* fol. 129. a
 n. 8. *An consulens de dubio pro confessione teneatur ad sigillum?*
 fol. 131. n. 11. *Circa fractionem sigilli.* fol. 132. a n. 12. *An bona,*
& virtentes pænitentis cadant sub sigillo? fol. 131. n. 17.

Cap. X. De prudentia Confessarii. fol. 136. a n. 1.

Ubi. *De qualitatibus Confessoris.* fol. 137. n. 1. *Duo præ oculis*
Confessorius semper habebit. fol. 137. a n. 2. *Pro Confessariis*
Principum, Prælatorum, &c. fol. 141. n. 10. *In casu difficulti*
quid faciet Confessor? fol. 141. a n. 11. *Pro impediendo, vel*
corripiendo peccatum alterius. fol. 142. a n. 12. *Si Confessor*
erravit circa suum officium. fol. 145. a n. 20. *Utilis doctrina de*
sententiis probabilibus circa valorem Sacramenti pænitentiae.
 fol. 150. n. 30. *De errore communii pro jurisdictione, &c.* fol.
 150. a n. 33. *Utilis doctrina circa dolorem de peccatis.* fol. 152.
 n. 36. *An licet Confessario dare eleemosynas pænitentibus?*
 fol. 152. n. 37. *Si Confessor dubitet de sua jurisdictione?* fol.
 153. Quæres 2.

Cap. XI. De absolutione pro infirmo in ipso articulo mortis.
 fol. 155.

Ubi. *Quando danda talis absolutio?* fol. 155. a n. 1. *An danda*
omnibus? fol. 160. n. 14.

Cap. XII. De communione. fol. 162.

Ubi. *De communione relata ad conjugatos, & ad alios carnaliter*
peccantes. fol. 162. a num. 1. *An, & quomodo peccet Confessor*
com-

communionem talibus concedens. fol. 163. n. 6. Quancam ad Sacerdotem malum quid in hoc faciat Confessor i fol. 164. n. 7. Terribilis revelatio S. Brigida pro talibus Sacerdotibus. Ib. An, & quando Sacerdos in mortali celebrans teneatur quam primam confiteri? fol. 167. a n. 8. De dispensante Eucaristiam in mortali. fol. 168. n. 11. De penitentia contra transgressores praceptis confessionis, & communionis. fol. 168. a n. 12.

Cap. XIII. De dæmonum vexationibus, & illusionibus, ac de remediis. fol. 170.

Vbi. De invasione, & assistentiâ dæmonum. fol. 170. a n. 2. De dæmonibus incubis, & succubis. fol. 172. a n. 6. Signa pro cognoscendis obsessis. fol. 173. a n. 9. De modo exorcizandi obsessos, & de mediis necessariis pro liberatione obsessorum. fol. 174. a n. 13. De liberatione eorum, qui externe a dæmonibus vexantur. fol. 184. a n. 42. De liberatione a dæmonie incubo, vel succubo, ac de illis, qui Animam dæmoni scripto promiserunt. fol. 184. v n. 46. De maleficiis, quæ matrimoniis nocent. fol. 188. n. 46. Pro Animabus a dæmons illatis. fol. 188. n. 48.

Cap. IIII. De privilegiis Regulatum. §. I. De privilegiis in communione. fol. 189.

Vbi. Variæ notitiae pro privilegiis in communione. fol. 189. a n. 1. §. II. De extensione privilegiorum Regulatum ad Novitios, & alios. fol. 201. a n. 1.

§. III. Affertur declaratio privilegiorum pro Regularibus ex Bulla Superni Clem. X. pro Sacramenti pénitentiarum administratione. fol. 204. a n. 3.

§. IV. De privilegiis Regulatum in particulari: Et primum quantum ad casus Bullæ cœnæ. fol. 208.

Vbi. Possunt Prælati Regulares absolvere subditos a casibus Bullæ cœnæ. fol. 208. a n. 5. Aliqua in specie pro nobis. fol. 211. & n. 11.

§. V. De absolutione ab aliis casibus, & censuris extra Bullam cœnæ. fol. 216.

Vbi. Prælati Regulares possunt absolvere suos subditos a sex casibus extra Bullam cœnæ, & ab omnibus aliis Papa reservatis. fol. 216. n. 1. Et in particulari loquendo, ab excommunicatione de abortu. fol. 217. a n. 2. Ab excommunicato, & suspensione contra sacerdotes ordinantes, & ordinatos. fol. 218. n. 4. Ab excommunicato. Canonis ob percussionem etiam enormem. fol. 219. n. 5. Idem dic de Monialibus exemptis. n. 6. Varie excommunicato

contra mulieres ingredientes Monasteria Religiosorum, & contra personas ingredientes Monasteria Monialium. fol. 221. a n. 10. De omnibus his Prælati Regulares possunt in foro conscientia absolvere suos subditos. fol. 223. a n. 15. Pro absolutione secularium. fol. 224. n. 17. De aliis penit. n. 18. De egresso su Monialium a Monasterio prohibiciones. fol. 225. a n. 20. Pro absolutione bujus casus. fol. 226. a n. 22.

§. VI. *De facultate Prælatorum Regularium quoad dispensandum cum subditis in irregularitatibus, penit. &c. fol. 227. Vide a n. 1. Specialiter de irregularitate. en defetti natalium, & quæ officia habere potest, vel non potest illegitimis. fol. 229. a n. 7. De aliis penit. iustabilitatibus, privationibus ab officio, &c. & vocis activa, & passiva possunt Prælati Regulares dispensare cum suis subditis saltē pro foro consci. fol. 232. n. 21. Sed non in penit. ab Episcopo inflictis, & sibi reservatis contra Confessores Regulares. n. 22.*

§. VII. *De facultate Confessoriorum Regularium circa proprios Religiosos quoad absolvendum, & dispensandum. fol. 233. Vbi. Possunt Religiosi semel in vita, & in articulo mortis eligere Confessarium, qui eos absolvat, &c. fol. 233. a n. 3. In specie pro nobis. fol. 234. a n. 5. Ita etiam quoad irregularit. fol. 236. n. 9.*

§. VIII. *De facultate Confessoriorum Regularium circa sacerdotes. fol. 236. Vbi. A quibus casibus, & censuris Papæ reservatis, & ubi possint eos absoluere. fol. 236. a n. 1. De facultate ipsorum circa vota secularium. fol. 239. a n. 7. De dispensatione in jure petendi debitum amissio a conjugibus. fol. 243. n. 18. Vbi, & cum quibus Confessarius Regularis dispensat, vel commutat vita? fol. 244. n. 19.*

§. IX. *De privilegiis absolvendi a censuris reservatis absque solemnitatibus. fol. 245.*

Vbi. Expticantur dictæ solemnitates, & an possint omitti? a n. 1.

§. X. *De privilegiis pro officio, & Missa. fol. 247.*

Vbi. Plura afferuntur privilegia ad intentum. a n. 1. Quid noscere debent Superiores, & Sacristæ? fol. 249. n. 7.

§. XI. *De privilegio celebrandi missam in cubiculis infirmorum. fol. 249.*

Vbi. Afferuntur nostrum privilegium circa hoc. a n. 1. De oraculis vix vocis. fol. 250. n. 5.

005678 323

